

CIRCARIA POLONIAE

Ordo noster, qui in Polonia non quidem magni, sed tamen spectabilis fuit momenti, hoc regnum intraverat duplici e radice. Prima est abbatia Sti. Martini Laudunensis, quae iam mature, inter annos 1126 et 39 nempe, stirpem

.398



genuit in Kalisz-Koscielna Wies; secunda radix est Strahov, ex qua canonia Brzesko inter annos 1149 et 70 originem suam sumpsit.

Si in Obituario Praemonstratensi die 23a oct. legimus „Cipriani episcopi, fundatoris octo claustrorum in Pollonia“¹, hoc intelligi potest in latissimo sensu tantum. Omnes foundationes saeculi XII fuerunt monasteria duplicia. Secundum Trawkowski et Manteuffel omnes foundationes primitus fuerant Ordinis Sancti Augustini, et circa annum 1180/90 transierunt ad Ordinis Praemonstratensis Potissimum quidem ope dicti episcopi Cypriani. Tamen traditio ordinis de fundatione Kalisziensis coenobii ex Lauduno certe habet suum fundamentum in re nec potest vilipendi. Communitas virorum erat in quibusdam asceteriis, ut in Strzelno, considerabilis. Religiosi illi, usque ad initium saeculi XIV partim proprii professi, suberant priori, ut moniales priorissae, dum rebus oeconomicis asceterii praeesset praepositus². Numquam videtur abolitio parthenonum fuisse insinuata, et cum irruissent Tataři anno 1241, omnia devastantes in abbatiis virorum adhuc aderant moniales, immo adhuc postea. Parthenones postremo in hac circaria praevalebant. Eorum praepositi partim erant infulati, partim „anulati“ tantum, aliqui eorum iura patris abbatis exercuerunt et immo munus vicarii generalis circariae adepti sunt. Initio saec. XV Vladislaus Jagiello, Rex Poloniae, voluit reunire communitates parthenonum Busko, Krzyzanowice, Imbramowice et Zwierzyniec. Sed Krzyzanowice et Imbramowice tantum de consensu Capituli Generalis et S. Pontificis translatae sunt in Busko an. 1419, quod vero in posterum denuo ad irritum est factum.

Antiqui indices demonstrant, secundam fundationem huius circariae, Brzesko-Hebdow, initio pertinuisse ad circariam Moraviae. Silesia, provincia primitus mere slavica, a saeculo XIII paulatim germanica evasit. Abbatia Sti. Vincentii Vratislaviensis et parthenon Czarnowasy huic evolutioni participaverunt ideoque saeculo XVII Circariae Bohemiae se aggregaverunt.

Structura interna Circariae Poloniae, etsi illi Bohemiae aliquatenus consimilis, iam initio ab aliis discrepasse videtur, ut fecit etiam ulterior eius evolutio. Quod problema studio minutiore dignum est dicendum. Paternitas hac in circaria semper valde fluctuabat. Anno 1442 hac de re lis est orta. Abbates et praepositi parthenonum, qui illis pares aestimabantur, suprematum et paternitatem abbatis Hebdoviensis non amplius agnoscere voluerunt. Quibus praesto fuerunt episcopi. Sancta Sedes postremo abbatis Hebdoviensis iura restituit. Sed hoc saeculo iam circaria ab ordine erat alienata. Anno 1657 decrevit Capitulum Generale, quod Circariae Poloniae et Bohemiae maneat

¹ Erat primus abbas Sti. Vincentii, et obiit tamquam episcopus Vratislaviensis an. 1207 (ZAK EOP 1928, 183).

² Confer supra praefationem ad circ. Bohemiae, in qua res similiter se habuit.

unitae sub uno Vicario Generali³. Abbas Generalis nempe iam antea quandam abbatem germanicum vel bohemum visitatorem ordinis per „Bohemiam, Moraviam, Silesiam, Hungariam et Poloniam“ nominare solebat; iste vero hoc ingens territorium, de cuius extensione in Gallia vagam tantum habuerunt imaginationem, nequaquam sufficienti modo visitare vel curam de numerosis ac distantibus canoniis in eo sitis habere potuit. In capitulis generalibus raro verbum fiebat de Polonis, qui practice sibimetipsis fuerunt derelicti, ac firmo adiutorio a parte ordinis carentes, rapacitati episcoporum et nobilium fuerunt expositi. Unica abbatia Strahov semper videtur relationem cum Polonis manutenuisse. A saeculo XVI nobilitas polonica beneficia ecclesiastica pinguiora magis ut sua consideravit. Decretum parlamenti (Sejm) de anno 1538 statuit, ut in posterum, secundum posse, nobiles poloni tantum abbates fieri possent. Extabat quidem in Polonia nullus conventus qui nobilitati soli pateret, ut erat de more in circaria Westfaliae, sed episcopi fere semper et ubique erant nobiles, et illi quam maxime ordinem a Praemonstrato separare et propriae iurisdictioni subiicere studebant⁴. Saeculo XVI iam invaluit nefastum systema commendarum, in maximum detrimentum disciplinae. Nonnulli parthenones introduxerunt abbatissas, ad tempus quidem triennales et omnino episcopo se subiecerunt (Zwierzyniec 1596), alia asceteria hoc exemplum sunt secuta cum abbatiae earum matres genuerint sub commenda. A saeculo XVIII immo plura asceteria habuerunt praepositos commendatarios.

Anno 1730 in dicto concordato de Wschowa ipsa Curia Regi Poloniae nominationem abbatum in 13 ditissimis coenobiis regni concessit – inter. illa fuit etiam Hebdow. Hoc tempore separatio circariae a capite ordinis fuit quasi completa. Sola Nowy Sacz Praemonstrato semper mansit fidelis, aliae domus quidem instanter recurrerunt ad procuratorem ordinis Romae in aerumnis suis, sed capiti ordinis manserunt alienae. Capitulo generali anni 1717 adhuc interfuit praepositus quidam ex Polonia, sed iam paulo post canoniae huius circariae obstinate annalistae ordinis, abbati Stivagiensi Ch. I. Hugo, transmissionem materiae historiae negaverunt. Detentores commendarum, pluries episcopi vel alii praelati saeculares, timuerunt reformationem a parte Capituli Generalis, ideoque periculum pro privilegiis suis usurpatis. Abbatiae potentiores, Hebdow et Witow, fere semper erant discordes, immo intricatae in litigia, magnum in detrimentum totius circariae.

Curam animarum haec circaria numquam tantopere exercere potuit – vel forte ne voluit quidem – ac alias fere omne fecisse scimus. Fuerunt abbatiae,

³ ACG Laon 714.

⁴ Electionibus abbatum et praepositorum delegati episcoporum praesidere solebant.

quae ne unam quidem ecclesiam habuerant incorporatam, parochiam immo loci cedentes saecularibus, reliquae paucas suas parochias defendere debuerunt contra invidiam episcoporum, qui privilegia ordinis spernentes, jus illius in administrationem parochiarum per religiosos cum successu contenderunt. Saeculo XVIII maior pars beneficiorum ordini incorporatorum tali modo iam in manus cleri saecularis transierat. – Hoc saeculo etiam in hac circaria viguit peculium.

Ultimis saeculis commune erat in Polonia, quod abbates immo regulares sumptuose vixerint ad instar nobilium, dum religiosi premerentur penuria maxima. Plusque postulantes receperunt superiores, quam aedes neglectae et arctae monasterii potuerint capere. Ita in actu suppressionis abbatiae Nowy Sącz, quae nullos canonicos potuit exponere, pro 25 religiosis aderant decem cellae viles⁵.

Partitionibus Poloniae annis 1772/95 singulorum monasteriorum sors et praesertim exitus multum inter se discrepabat. In parte austriaca 2 ex 3 coenobiis fuerunt suppressa, parthenon vero Zwierzyniec omnia pericula superabat et usque in hodiernum diem floret. In parte russica maior pars monasteriorum, praesertim virorum, anno 1819 fuit suppressa. Parthenonibus magis parcebant Russi. Duo eorum in domus suppressas aliorum ordinum fuerunt translati (Plock et Busko); unus vero substitit (Imbramowice). Anno 1841 etiam hae domus possessionibus suis sunt privatae, atque admissio novitiarum eis fuit interdicta. Sic Imbramowice sola, summo cum opere, usque ad restaurationem Poloniae existentiam suam salvare potuit. In parte borsica – monasteriis in Silesia iam anno 1810 suppressis – ultimi parthenones Zukowo et Strzelno annis 1834 resp. 1838 fuerunt dissoluti. Post restaurationem Poloniae (1919) duo parthenones superstites bene floruerunt, nec tyrannis hitlerica eos perdere potuit. Maior pars aedificiorum, etiam abbatiarum, adhuc superest. Minus inveniuntur inter illa styli mediaevales, potius sunt exempla, et partim quidem pulcherrima, artis saeculorum XVII et XVIII, sed longe modestiora sunt ac palatia, quae exstructa sunt hoc tempore aliis in circariis⁶.

⁵ SYGANSKI, Historia Nowego Sacza p. 18. – Audiamus abbatem de Questenberg, visitatorem an. 1617: „manent (scilicet in asceteriis) iunctae duae aut tres in una cellula, plures enim admittunt quam locorum angustiae patiantur, et verendum profecto, ne quibusdam in locis aedificii subita ruina, maior aliqua congregationis pars opprimatur. Ubi nostratibus vix commoditas sufficeret ut convenienter 12 vel 13 locarent, illic tamen 60 et amplius est numerare“. (BACKMUND VPol Z 240).

⁶ Materia historica, quam pro hac circaria praesentare possumus, est valde differens pro singulis canoniis, saepeque tenuis et incompleta. De sorte et de deposito archivalium verbi gratia nonnisi pauca et haud semper certa reperire potuimus.

BOLESŁAWIEC SS. Crucis et St. Joseph

Pronuntiatur more gallico: Bolesouavietts.

In districtu Wielun ad flumen Prosna, archidioec. Gniezno, nunc Częstochowa.

Parthenon. Anno 1643 sorores Czarnowasienses, a rabie Suecorum et a pestilentia profugae, monasterium suum combustum dereliquerunt, duce priorissa sua, quae propter scandala brevi ante fuerat deposita. Archiepiscopus Gnesensis, hoc probabiliter nesciens, eis domicilium provisorium obtulit juxta capellam Stae. Crucis, xenodochio in Bolesławiec adiunctam. Vicarius generalis circariae Bohemiae, Benedictus Lachen abbas Lucensis, anno 1647 hanc domum recognovit ut canonicè erectam, inconsulta tamen Circaria Poloniae, in cuius ditone locus erat situs. Mox sorores Czarnowacenses reverterunt ad sua, in B. linquentes parvam communitatem sub priorissa dicta. In posterum vero et Circaria Bohemiae, et Poloni haesitaverunt hanc fundationem recognoscere ut legitimam, praesertim cum validitas professionum, quas priorissa deposita supra allata acceperat, esset dubia. Ita status iudicialis parthenonis, numquam ordinatus, mansit quasi suspensus.

Initio ibi erant 22 moniales, sed conventu Czarnowasiensi ad sua reverso, communitas mansit exigua. Anno 1765: 12, 1810: 3 religiosae. Benefactores parthenonem, qui subfuit paternitati abbatis Witoviensis, dotaverunt, ita ut fortuna eius postremo fuerit 30 000 florenorum. Anno 1778 redditus eius annui censentur 1985 florenorum. Primum praepositi et spirituales erant canonici ex ordine, ultimis vero temporibus ille videtur de asceterio non amplius curavisse, cessaverunt visitationes, et sacerdotes saeculares, vel aliorum ordinum vices praepositorum eius gesserunt. Post medium saeculum XVIII est collapsus. Postremo monasterium enim corruit propter negligentiam abbatum Witoviensium, et ultimae priorissae, quae absque licentia domum dereliquit anno 1809. Iam anno 1775 abbas Witoviensis, et iterum anno 1810, confiscatis septennio ante a gubernio borussico bonis, archiepiscopus voluit parthenon suppressere et communitatem in alias domus transferre, quod tamen propositum neutroque in casu est exsecutus. Anno 1810 monasterium iam erat ad habitandum plane ineptum, et sorores habitaverunt in alia parva domo.

Anno 1811, per decretum gubernii sorores superstites translatae sunt primo in Łęczycza, dein eidem quoque anno in Strzelno. Anno 1820 asceterium est suppressum, an. 1823 ecclesia est venumdata, altaria venerunt in ecclesiam parochialem loci et in ecclesiam lutheranam in Byczyna. Mox omnia solo sunt aequata, nihil omnino superest.

Archivalia: Arch. Gubern. Varsaviae: Decreta castrensia de Wielun 1683 Nr. 40, Libri inscriptionum castrens. 1692/99 Nr. 101, decreta originalia 1667/90 k. 200, Libri relat. 1699/1702 K 213 B. – Arch. Episc. de Częstochowa: Kalendarium (= Obituarium) s. XVII/XIX – MS LESAGE (vide infra apud BACKMUND) – Arch. Cap. Cathedr. Włocławek: visitationes chronica et alia docum. s. XVII/XIX – Archiva parochialia Bolesławiec et Wielun. –

Bibliographia: EK XVI 397 – HUGO omittit – KNAPINSKI 225 – KRASZEWSKI II 276 – SG (1880) I 299; (1900) XV/1, 191 – WAEFELGHEM 38 – ZAK OPrPo 205 – N. BACKMUND, Das Kloster B. (Anal. Praem. LIII 1977, 42/52) – N. BALINSKI, Starozyna Polska, Warszawa 1885, II/1, 287/88 – Catalogus ecclesiarum et cleri dioecesis Wladislaviensis pro 1878, Włocławek 1878, p. 54; idem ac: S. CHODYNSKI, Opis parafii Bolesławiec (Katalog diecezji włocławskiej na rok 1878, pp. 52/54 – IDEM, Przyczynki do dziejów Norbertanek w Bolesławcu (Kronika diecezji Kujawsko-Kaliszkiej na r. 1917, pp. 88/94, 141/48) – W. GAWARECKI, Wiadomości Historyczne o mieście Bolesławcu, Dzwon Literacki, Warszawa 1853, II 21/46 – Katalog zabytków sztuki w Polsce, Warszawa 1953, II/12 pp. 1/2 – Liber beneficiorum Łaskiego, Gniezno 1881, II 144/46

Praepositi (Chodynski)

Martinus Sabellinus 1648/57	N. Mazurkiewicz 1758
Wojcław Zeglinski 1657/72	Eugenius Nowakowski 1774
Carolus Witkowski 1672–	Theodorus Kraszewski 1776
Sebastianus Sabicki 1747	Gabriel Amowicz 1779/86

Priorissae

Helena Gaszynska 1657/93	Anna Brocka 1771–
Agnieszka Komornicka 1693/99	Ludwika Budzynowna –1776
Maranna Stawska 1711	Francisca Wiewiorowska 1776/88
Teofila Stawska –1746	Juliana Gątkiewiczowna 1794–
Rozalia Bąkowska 1759	Jozefa Wiewiorowska 1810/11
Magdalena Myszkowska –1771	

BRESLAU St. Vincentius

Polonice: Wrocław, latine: Sti. Vincentii Wratislaviensis.

Abbatia insignis, initio monasterium duplex¹. Fundata est primo inter annos 1126 et 40 a Petro Dunin Wlast in:

1. KOSCIELNA WIES, sive Kosciol (St. Laurentius) juxta Kalisz, dioec.

¹ In necrologio occurrunt nomina 66 sororum. De sorte earum vide etiam infra apud Calis, Olobok et Slicasia.

Gniezno, nunc Włocławek. Filia Sti. Martini Laudunensis, alias de Brzesko, vel forte Strahov. Quod vero tantum sic intelligi potest, quod forte ad tempus postea paternitati abbatae illius fuit subdita. Brzesko enim certe fundata est post annum 1141. Filiam genuit in Strzelno. Inter annos 1180 et 93 conventus translatus est in

2. **BRESLAU** St. Vinzenz auf dem Elbing ante muros civitatis. Domum mutavit cum monachis OSB, qui ibidem ante annum 1139 ab eodem Petro Dunin Wlast fuerant fundati. Sicut iam ante, etiam in Breslau hoc monasterium videtur fuisse duplex. Postea fuit sub paternitate abbatis Steinfeldensis. Asceteria subdita: Zukowo, Strzelno, Czarnowąsy et Krzyzanowice. De praepositura dependente Stae. Margarethae in Bytom vide infra sub dubiis. Parochiae incorporatae et administratae: Breslau St. Vinzenz, Kostenblut, Posnitz, Zottwitz, Elbrüg, Wurben, Hundsfeld, Beuthen St. Marien, et iure praesentationis tantum: Landau. Antea possederat, sed amisit aut pro aliis mutavit sequentes: Breslau St. Martin (eius loco ab an. 1368 Allerheiligen), Liegnitz St. Benedikt, Ottwitz, Daupe, Ohlau, Lossen. Circa annum 1400 conventus iam erat germanicus. Infulantur abbates ante annum 1379. Canoniam fuit hoc tempore valde collapsa quoad omnia. Anno 1415 facta est exempta et ab unione ordinis disiuncta. Tamen anno 1486 reformatur a Circaria Saxoniae. Anno 1529 rationibus strategicis solo fuit aequata², conventusque in vacans monasterium Fratrum Minorum in medio urbis translatus. Labenti omnino disciplinae saeculo XVII cum successu mederi potuerunt praelati Circariae Bohemiae, cui canoniam aggregatur anno 1650, et quidem sub paternitate abbatum Lucensium. Iam decennio ante exemptioni renuntiaverat. Anno 1647: 10, 1768: 35 canonici. Saec. XVIII optime floruit. Anno 1794 fundavit „scholam industrialem“. Mense Novembris anni 1810 fuit suppressum. Ecclesia spectabilis gothica, a Franciscanis adhuc exstructa, mansit parochialis venustum claustrum (saec. XVII) vero factum est tribunal provinciale. An. 1945 ex adiectis belli combustum est, sed in posterum re-constructum. Stalla chori (saec. XVII) nunc sunt in cathedrali.

Archivalia: (usque ad an. 1945: Preußisches StA Berlin) – StA Wrocław – HStA Wien: cf. BITTNER IV 27, 28 – Erzbischöfl. Diözesanarchiv Wrocław – Staats- und Universitätsbibliothek ibidem – BMun Nancy MS 991/II 467/80, MS 1005.

Bibliographia: AUVRAY 3075, 3084 – BACKMUND MaGSchr 199 ff. – BRUNNER 763/64 – COTTINEAU 491 – DHGE X 604 – EK XVI 383/84 – GERITS Prém. – GOOVAERTS I 45, 47, 60, 88, 96, 153, 154, 266, 270, 296, 328, 399, 403, 438, 463, 468, 470, 489, 507, 518, 544, II 20, 71, 85, 162, 173, 197, 240, 243, 256, 268, 269, 343, 404, 407,

² Unicum residuum ecclesiae, quae erat pulcherrima, est speciosa porta romanica, post demolitionem illius ecclesiae Stae. Magdalенаe Wratislaviae apposita. (vide BUCHWALD).

408, 434, III 49, 104, 171, 192, IV 36, 152, 199, 214, 221, 255 – GROTE 62 – HOBERG 336 – HUGO II 1105, prob. 690/94 – JL 16 977, 16 978 – JbDG Konrad III 405 – JOESTER Urkb. Steinf. 383 – KDK NO 3/4 – KNAPINSKI 145/46 – LEHMANN/BROCKHAUS 240/41 – Lettr. com. Jean XXII 17 342, 18 500, 21 531, 22 098, 24 566/67, 26 884, 28 495, 30 865, 47 233, 47 445, 48 629, 51 447, 52 141, 57 835, 57 897, 57 903 – LIENHARDT Eph. Hag. 160, 167, 217 – MALECKI 309/10 – PFIFFIG Obit. Gerus. 234, 242 – POTTHAST 1445, 4102, 5741, 5742, 6481, 6835/36, 7891, 8918, 10 128, 10 577, 11 397, 22 079 – PRESSUTTI 1209, 1210, 2976, 3970/71 – RegBen. XII 932 – RegImp V 10 585, VIII et XI cf. ind., VIII Ergh. 6887/88 – RepGerm II 130, 790, III 24, 76, 77, 376, IV 100, 335, 939, 1388, 2805, 2934, 3153, 3818 – TRAWKOWSKI Gen. Reg. Kal – IDEM, Wprowadzenie – VALVEKENS ADDespr. 1955, 151 – WAEFELGHEM 252, 380 – ZAK EOP (1928) 182, 183, 301, (1929) 50, 240 – IDEM PAM – H. APPELT, Klosterpatronat und landesherrliche Kirchenhoheit der schlesischen Herzöge im 13. Jahrhundert (MIÖG XIV Ergbd. 1939, 303/322) – IDEM, Das Breslauer Vinzenzstift und das Neumarkter Recht (Zschr. f. Ostforschung IX 1960, 216/30) – F. BAIX (cf. Ratzeburg) – C. BUCHWALD, Reste des Vinzenzklosters bei Breslau (Jb des Schles. Museums f. Kunstgewerbe u. Altertümer I (Breslau 1900) 61/79 – L. BURGEMEISTER/G. GRUNDMANN, Die Kunstdenkmäler der Stadt Br., Br. 1934 – A. CHROUST, Monumenta Palaeographica, Leipzig 1931/34, Lieferung 9/15 – P. DITTRICH, Zur Geschichte der Prämonstratenser in Schlesien, Breslau 1900 – R. DOEBNER, Über schlesische Klosterarchive, in: ZschVGSchl XIII (1876) pp. 469/86 – K. EISTERT, Peter Wlast, Vinzenzstift und Wallonen in Stadt und Kreis Ohlau, ibidem LXXVI (1942) pp. 10/39, cf. Anal. Praem. XIX 104 – D. FREY, Geschichte Schlesiens I (1938) pp. 438/79 – M. GOEBEL, Bartholomäi Stheni Bregensis Descriptio Vratislaviae, in: „Schlesische Kultur, latein. Schriftdenkmäler zur Landes- u. Volkskunde Altschlesiens“, Breslau 1927 – F. X. GÖRLICH, Die Prämonstratenser und ihre Abtei zum hl. Vinzenz in Breslau, 2 Bde. Breslau 1836/41 – H. GROTEFEND, Die Paternität über das Vinzenzstift in Br. (ZschVGSchl X 1872, 402/10) – C. GÜNDEL, Das Grabmal des Grafen Peter Wlast u. seiner Gemahlin Maria (Schles. Monatshefte III 381/82) – W. GÜTTEL, Die architektonische Gestaltung der roman. St. Vinzenzkirche auf dem Elbing b. Br. (Schlesiens Vorzeit in Wort u. Bild IX 1928, 51/54) – A. HADELT, Breslaus Kirchen, Br. 1926 – J. HEYNE, Dokumentierte Geschichte des Bistums u. Hochstifts Br., 3 voll. Br. 1860/68, cf. ind. – K. KASTNER, Die St. Vinzenzkirche Br. 1928 – J. KAUFMANN, Erklärung einer Zahleninschrift an der Breslauer Vinzenzkirche (Schles. Vorzeit VII 266) – P. KNÖTEL, Die Figurengrabmäler Schlesiens, Kattowitz 1890 – IDEM, Das älteste Bildmal oberschles. Geschichte (Oberschlesien XVII 15/19) – B. KÜRBIS/R. WALCZAK, Liber Mortuorum abbatiae Sti. Vincentii Vratislaviensis, editio facsimile originalis, in: MPH ser. nova IX f. 1, Warszawa 1971 – A. LANDSBERGER, Breslau. Bd. 75 der berühmten Kunststätten, Leipzig 1926 – H. LUTSCH, Die Kunstdenkmale der Provinz Schlesien, Stadt Breslau, Br. 1886, Bildband 1903 – A. MOEPERT, Die ältesten Urkunden und Besitzungen des Vinzenzstiftes in Br. (Arch. f. Schles. Kirchengesch. VI 1941 und XXV 1967 1/37) – P. PFOTENHAUER, Über eine Series abbatum monasterii S. Vincentii im Kloster Raigern (ZschVGSchl XXIII 1889, 241:75) – L. SANTIFALLER, Nikolaus Liebentals Kopialbücher des Präm. Stiftes zum hl. Vinzenz in Br. (MIÖG Ergbd. XV, 1947 1/374) – IDEM, Nikolaus Liebental u. seine Chronik der Äbte des Breslauer St. Vinzenzstiftes (SBeWiWi, phil. hist. Kl. 1948 und Anal. Praem. 1949 3/4, et 1950 1/2 ed. textus. Cf. BACKMUND l. c.) – IDEM, Quellen zur Geschichte des spätmittelalterl. Ablaß und Reliquienwesens aus schles. Archiven (Mittlgn des österr. Staatsarchivs I 1, 1943, 30/136)

– IDEM, Über die Urkunde für das Breslauer Vinzenzstift vom Jahr 1139/49 (ibidem VI 1953, 9/33) – L. SCHULTE, Die angebliche Urkunde des Herzogs Boleslaus IV von 1149. Eine Abwehr (ZschVGSchl XLVIII 1914, 332/64) – W. SCHULTE, Die angebliche Stiftungsurkunde für das St. Vinzenzkloster auf dem Elbing (ibid. XXXVII 1903, 286 ff.) – R. SCHWARZ, Breslauer Barockaltäre, Br. 1930 – M. SEMRAU, Zu den Resten des St. Vinzenzklosters in Br. (Jb des Schles. Museums I, Breslau 1900, 70/72) – IDEM, Die Bauten Breslaus, Br. 1901 – G. A. STENZEL, Diarium canonici cuiusdam Sti. Vincentii 1739/41, et fragmenta an. 1741, in: SSRerSil V, Breslau 1851, 469/574 – IDEM, Series et gesta abbatum Sti. Vincentii 1149/1504, auctore N. Liebental, ibidem II, Br. 1839, 135/49 – IDEM, Urkunden zur Geschichte des Bistums Breslau im Mittelalter, Br. 1845 – A. UHLHORN, Meister und Werke der Plastik des Spätbarock in Breslau, Br. 1927 – H. UHTENWOLD, Peter Wlast, der Siling und Breslau (Beiträge zur Geschichte der Stadt Br. II, 1936, 33/102) – W. WATTENBACH in ZSchVGSchl 1860 202/06, et 1862 146/59. – Necrologium (orig. Bibl. Berlin MS Lat 378) saec. XIII/XVII edd. P. HEIN in ZschVGSchl X 1970, 411/80 et W. KETRZYNSKI apud MPH V 1888, 672/718

Series abbatum (Görlich)

Cyprianus 1180–1201	Nicolaus Lemann 1426–49
Gerardus 1201–10	Franciscus Neudorff 1449–68
Alardus 1210–14	Joannes Schewitz 1468–80
Albertus 1214–48	Joannes Lupschitz 1480–1505
Vitus 1248–59	Jacobus Paulewska 1505–15
Abraham 1259–61	Joannes Fabri 1515
Godefridus 1261–71	Valentinus Kniebant 1515–25
Gulielmus 1271–90	Petrus Strzelcze 1525–29
Ludovicus 1290–99	Joannes Thiel 1529–45
Gulielmus 1299–1308	Christophorus Reuß 1545–58
Conradus 1308–10	Nicolaus Chwaliszewski 1558–61
Albertus 1310–12	(postea praepos. in Strzelno)
Joannes Saxo 1312–30	Joannes Cyrus 1561/86
Conradus Goffin 1330–38	Joannes Queschwitz 1586/96
Nicolaus 1338–52	Georgius Scholz (Sculdetus)
Gulielmus 1352–63	1596/1613
Marcus Wendeler 1364–83	Martin Conrad 1613/18
Franciscus Dumloze 1383–90	Caspar Schröter 1619/25
Joannes Hartlieb 1390–1409	Andreas Gewalt 1625/33
Andreas Rugele 1409–17	Christophorus Schmidt 1633/47
Christianus Cobant 1409 ³	Norbertus Bratitz 1648/56
Joannes Brieger 1417–26	(1648/52 simul praep. in Pernegg)

³ Electio Andreae fit invalida, Christianus Cobant, de quo vide Anal. Praem 1950, p. 170, confirmatur (JOESTER Urkb. Steinf. 383)

Matthaeus Paul 1656/72 (1656/60 simul abbas Lucensis)	Josephus Grechel 1719/20
Andreas Gebel 1673/86	Ferdinandus de Hochberg 1720/29
Godefridus Czelechowski 1686/92	Franciscus Binder 1730/40
Christophorus Langer 1692/97	Vincentius Schulz 1740/67
Carolus Keller 1697/1710	Vincentius Schmidt 1767/86
Arnoldus Brückner 1710/17	Augustinus Reisner 1786/93
Antonius Illner 1717/19	Bernardus Buchmann 1793/1809
	Augustinus Neander 1809/10

Inseri nequit: Michael quondam abbas Sti. Vincentii in Polonia (Necr. Arthous 11. X)

Abbatibus de Koscielna Wies (1126–80) noti sunt tantum ex necrologio loci: Henze primus abbas 21. I; Willerius 15. III; Haco 15. II; Ludovicus 17. V; Raulinus 31. X; Faustinus 20. XI.

BUSKO B.M.V. et S. Leonardus

Busscha, Bo-, Busk, -ska, -skum, Buscza, -sska.

In districtu Stopnica – Dioec. Cracoviensis, nunc Kielce.

Parthenon, praepositura. Fundata forsan ut monasterium duplex a fundatore canoniarum Witow et Plock, Vito Chotel, episcopo Plocensi et fratre eius, equite Dziersko. Filia de Witow. Anno 1240 moniales Vitovienses, anno 1418 vero illae de Imbramowice et de Krzyzanowice eo sunt translatae iubente rege Ladislao Jagiello, quod anno sequenti a Capitulo Generali et a Summo Pontifice fuit confirmatum. Qua ultima occasione B. subdita est paternitati abbatum Hebdoviensium. Ecclesias incorporatas habuit nullas praeter parochialem loci, quae dein semper spectabat ad abbatiam Vitoviensem, sed saec. XVIII transiit ad clerum saecularem. Anno 1819 parthenon est suppressus cum 23 monialibus, quae vitam communem sunt prosecutae. Anno sequenti vero, monasterio incendio deleto, translatae sunt in Pinczow, monasterium vix suppressum Eremitarum Sti. Pauli, ubi paulatim in decursu saeculi sunt extinctae. Anno 1844 adhuc 9 sorores erant in vivis sub Margaretha abbatissa; 1858: 4, duae ultimae an. 1864 inde sunt translatae in Imbramowice, ubi ultima earum obiit an. 1871. Aedes in B. subsistunt, ecclesia est parochialis, in monasterio sunt officia publica.

Archivalia: Arch. Status Varsoviense – item Episcop. Cracoviense.

Bibliographia: BACKMUND Iter 183 – CDECC I cf. ind. – CDMai Pol item – CDMinPol I 134, 189, 296, 440, cf. ind. – COTTINEAU 538 – DHGE X 1420 – EK XVI 387/88 – FINKEL II 1935 – HUGO I 429 – KACZMARZYK 165/67 – KNAPINSKI 187/97 –

MALECKI 317/18 – MATUSZEWSKI 218/20 – MPV III 83, 85 – SG I 478/79 – WAE-FELGHEM 48 – ZAK OPoPr 205 – Joannis Dlugossii Liber Beneficiorum Dioecesis Cracoviensis III, Cracoviae 1864, 84/100 – R. GRODECKI, Dzieje klasztoru premonstratenskiego w Busku w wiekach srednich, in: RAU LVII 1913, 1/93.

Praepositi et priores (Grodecki)

Joannes 1190 praep.	Michael praep. 1415/18
Gregorius abbas 1223 (simul vel postea abb. in Witow)	Joannes de Köslarogi 1470
Hermannus 1287 praep.	Joannes Buynowsky 1497/98
Henricus prior 1306/08	Abraham 1502
Hermannus praep. 1325	N. 1505
Henricus praep. 1326	Jan de Busch † 3. 1. (LMortStV)
Ulricus praep. 1327	Simon † 15. 5 (Necr. Zukowo)

Superiorissae

Katarina (vidua fundatoris) Agnes 1287 magistra, 1415/18 Jacina priorissa, 1470 Anna Abbatissa, 1844 Margareta abbatissa.

CZARNOWĄSY B.M.V. et S. Andreas

Pronuntia more gallico: Tcharnowonzy.

Domus Dei, Czarnowas, -wancz, -wanst, -wänß, -wuns, Czarnaws, Charnowz, Cirnouus, Carnouus, Charnouanz, Cernouans, Czarnewaz, Tzarno-, Tscharno-, Crzynowans, Germanice: Czarnowanz. Nomen „Klosterbrück“, huic loco a regimine hitlerico annis 1935/45 impositum non est historicum.

Prope civitatem Opole (Oppeln) versus orientem, ad flumen Malapane, in Silesia Orientali. Dioec. Vratislaviensis, nunc Opole.

Parthenon, praepositura, antiquissimum asceterium Altae Silesiae. Fundatum est anno 1211 in Rybnik apud Stum. Salvatorem, a Ludmilla uxore Miezkonis ducis de Opole-Ratibor. Diploma foundationis periit, prima vice authentice occurrit an. 1223, cui confirmatio papalis sequitur an. 1227. Anno 1228, filius fundatoris Casimirus transtulit conventum in Czarnowasy. Primae moniales venerunt e Strzelno. Initio usque ad finem saec. XIII videtur fuisse monasterium duplex (1260: capitulum fratrum et sororum in Cz.) Annis 1274/1455 aderat ibi prior subditus praeposito, anno 1369 citatur abbatissa. Mox praevalentibus sororibus, ab anno 1301 subiecta erat domus abbati Sti Vincentii Vratislaviensis. Ad tempus vero stetit sub Strahov. Sub-

ditae erant ei ecclesiae sequentes jure patronatus: Brinnitz, Broschütz, Chroszina, Friedersdorf, Fröbel, Kuttendorf, Zelasno, Großdöben, Lohnau, Niedwodnik, Arnsdorf, Schurgast, Walzen, Rosnochau. Quae partim administratae sunt a canonicis ordinis. Annis 1642–48 moniales, quae generatim fuerunt 20–30, a rabie Suecorum – qui monasterium destruxerunt an. 1643 – et a pestilentia aufugerunt in Bolesławiec, ubi novus parthenon dein est ortus, de quo vide supra. Hoc saeculo conventus adhuc erat polonicus. Anno 1651 vero una cum Sto. Vincentio adnexus est Circariae Bohemiae. Praepositi, a monialibus electi, magno erant in honore, iam ab initio in circaria aequiparati sunt abbatibus, et ab anno 1690 erant infulati. Anno 1738 per Capitulum Generale immo dignitate abbatiali sunt aucti. Monasterium erat locuples, possedit 14 vicos et 26 000 iugera silvarum, patronatum exercuit in 12 parochias. Praepositus simul erat parochus loci. Saeculo XVIII bene floruit, splendida nova aedificia sunt erecta. In fine habuit 23 canonissas. Anno 1810 suppressum est. Bibliotheca 11 000 voluminum tradita est Bibliothecae Status Wratislaviae et gymnasii in Oppeln. Ultima soror obiit anno 1872. Monasterium, adhuc integrum, annis 1870/75 a monialibus Ordinis Stae. Magdalenae erant habitatum, aedes anno 1885 partim, anno 1923 ex toto acquisita sunt a sede episcopali Vratislaviensi quae eas tradidit congregationi Sororum Stae. Hedwigis, orphanotrophium ibi dirigentes usque ad annum 1945.

Archivalia: StA Wrocław: inter alia 6 voll. Historia monasterii auctore praeposito E. Huffnagel – MS LESAGE – Arch. Municipale Opole – BMun Nancy: 992 VI 173 sq et 995 I 343/62 (historia monasterii).

Bibliographia: BRUNNER 770 – DHGE XIII 1196 – FINKEL I 147, II 1937 – GOOVAERTS I 328, 399, 469, 489, 518, II 166, 173, 240, III 49, 105, IV 52 – HUGO I 589, prob. 479/98 – Lettr. com. Jean XXII 28 496, 51 446 – LMortStV – PFIFFIG Obit. GERUS. 234 – RegBen XII 9090 – RepGerm II 1176 – VALVEKENS ADDespr 1955, 137 – WAEFELGHEM 73, 375 – ZAK EOP (1929) 50 – IDEM PAM – IDEM OPoPr 203 – W. DERSCH, Ein Brief des Abtes Ludwig Hugo von Etival an Propst Ludwig von Quast in Cz. vom 1. Nov. 1719 (Anal. Praem. XII 1936, 76/79) – E. LANGE, Kloster Cz., Oppeln 1930 – T. LANGER, Aus der Geschichte des Klosters Cz. (Der Oberschlesier 1927, 585/88) – H. LUTSCH, Kunstdenkmäler des Reg. Bez. Oppeln IV (Breslau 1894) 23 ff. – S. PIERZCHALANKA JESKOWA, Dzieje klasztoru w Czarnowasie na Śląsku w wiekach srednich (Rocznik historyczny, Poznan 1928) Reg. Schles. Gesch. cf. indd. – M. STRECKE, Aus der Geschichte des alten Klosters Cz. (Heimatkalender für den Kreis Oppeln 1927, 40/43, 72, cf. 70/72, 76/78) – F. SUMPE, Die Gruft in der Klosterkirche zu Cz. (Oppelner Heimatblatt X 1934, Nr. 7) – N. SWIENTEK, Beiträge zur Gesch. von Cz. (ZschVGSchl XXII 1888) – N. WAHNER, Über die Bibliothek des Nonnenklosters Cz. (ibidem XXXIV 1900, 414/16) – G. WATTENBACH, Geschichte des Klosters Cz. (ibidem II 1858) – IDEM, Necrologium des Klosters Cz. (ibidem I 1856, 226/28) – IDEM, Urkunden des Klosters Cz. (Codex Dipl. Siles. I, Breslau 1857) – F. WOSNICA, 750 Jahre Kloster Cz. (Heimatbrief der Katholiken des Erzbsms. Breslau V Nr. 3, Düsseldorf 1978).

Praepositi (Lange)

Martinus 1274/75	Mathias Radomski 1585/88
Dominicus 1285	Martinus Janicz 1588/91
Bartholomaeus de Bozidom 1324	Sebastianus Sax 1595/96
Prothasius 1332	Martinus Conrad 1596/1613
Mathias –1389 dep.	postea abb. Sti. Vincentii, simul
Nikolaus de Gane 1389/99	praep. in Cz. –1618
Henricus Schlegel 1401/03	Andreas Rotarius 1618/20
Nicolaus de Stercze 1403/10	Joannes Schlitoverus 1620/38
Petrus Borg 1410/18	Martinus Sabel 1641/51 res.
Franciscus de Sveno 1418/22	Paulus Scrabo 1651/59
Michael Seidel (1419) 22/34	Bruno Lindner 1659/62
Martinus Kamenz 1443/50	Andreas Anthofer 1662/75
Sigismundus Mentzitz 1452/75	Balthasar Gerbert 1675/95
Georgius Slepogil 1475/76 res.	Thomas Schaffarzek 1695/1712
Laurentius Hemmerlyn 1476/83	Honoratus Kremer 1712/14
Joannes Hilgesymon 1 ^o 1483/88	Ludwig v. Quast 1714/25
Andreas v. Wansen 1488/97	Abbates (1738)
Joannes Hilgesymon 2 ^o 1497/99	Eustachius Fritsch 1725/39
Albertus Vexillifer 1494, 1499–	Eustachius Huffnagel 1739/77
Paulus Grund 1507/16	Hermann Joseph Krusche
Joannes Thiel –1529	1777/1810
dein abb. Sti. Vincentii	Inseri nequeunt (LMortStV)
Paulus de Ujezd 1529/34 res.	Bartholomaeus 25. VI
Paulus Hasak 1534	Trzebieslaw 10. X
Andreas Kohut 1559	Sequentes sunt priores:
Mathias Bebnowsky 1564/72	Joannes 3. III
Ambrosius Meder 1573/77	Stephanus 4. III
Andreas Rosnecius 1577/79	Wenceslaus 6. IV
non confirmatus	Theodoricus 27. VII
Mathias Przedecz 1579–84	
Priorissae: (Necr. Geras, Pfiffig; Necr. Succov. Perlbach et LMort St.V)	
Katharina Strzelonka –1488	Veronika Golkowska 1693
Hedwig 1488–	Norberta Thimin –1697
Katharina 1494	Renata Larchowska 1697/99
Anna Skorkowska 1566	Rosalie v. Gerber 1721–
Katharina Goczanowska 1583	Inseri nequeunt:
Anna Kapeczkin 1640	(LMortStV et Necr. Succov.)
Theresia Wolska 1672	Juliana 28. II

Judith Dzierskolowska 30. III
Agnes Kabelnicka 30. III
Stana 4. IV

Dorothea Niscicka 28. IV
Gostislava 3. XII. 12..

HEBDOW Assumptio BMV, SS. Petrus et Paulus

Pronuntia more gallico: Hebdooue.

Prope Krakow versus orientem, non longe a Vistula.

Antiquabresco, Novabresco, Bresk, -essco, -escha, Brzesko, Brezensis, Hebda Dioec. Cracoviensis, nunc Kielce.

Fuit mater et caput circariae. Fundata ut mon. duplex post annum 1141 in Brzesko (distr. Bochnia, Dioc. Tarnow) ab equitibus Strzezyslaw et Wroclaw, filia Strahoviensis. Ultimae moniales inter annos 1210 et 20 castrametatae sunt in Imbramowice. Conventus, qui primo videtur pertinuisse ad circariam Moraviae, anno 1279 translatus est in Nowé Brzesko in districtu Miechow. Cum et ibi esset absorptus ab undis Vistulae, saeculo XV iterum transfertur, et quidem in Hebdow, quod situm est in eodem districtu, ad ripam sinistram Vistulae. Abbates anno 1418 sunt infulati. Mater exstitit canonicarum de Zwierzyniec, Imbramowice, Witow et Nowy Sacz, paternitatem exercuit in parthenones Zwierzyniec, Krakow, Imbramowice, postremo etiam in Busko et Plock. Redditus eius taxati sunt 24 500 florenorum. Justitiam integram exercuit in territorio suo a fine saeculi XV. Anno 1732 data est in commendam. Exinde habuit priores triennales, separatio mensarum dilata fuit per annos. Commendatario addicti sunt 10 000 floreni annuatim. Praeter parochias parthenonibus ei subditis annexas nullas habuit ecclesias incorporatas. Praepositura de Krzyzanowice, de qua diu contendebat cum abbacia Vitoviensi, ei erat incorporata annis 1678–1701, et ab anno 1767. Omnia tentamina commendam devolvendi fuerunt in cassum. Nihilominus medio saeculo XVIII pulchra nova aedificia sunt erecta. Hebdow generatim habitata fuit a 30 canonicis, quorum 20 solebant esse domi. Anno 1819, in actu suppressionis, ibi fuerunt 13 tantum. Ecclesia, quae est combusta 1792 et 1859 (sed nihilominus satis bene conservata) nunc est parochialis, prae-dium et bona spectant ad gubernium, in monasterio habitant Fratres Scholarum Piarum.

Archivalia: Arch. Status Varsoviense – Arch. Episc. Cracoviense – Arch. Domus Generalitiae O. Praem. Romae – Arch. Vaticanum (Nuntiatura Varsoviensis) – BMun Nancy 995 III 161/78 (Diplomatarium).

Bibliographia: BACKMUND Iter 178/79 – CDECC I 110, 208, 277 – CDMinPol I, III v. reg. – DHGE IX 1001 – EK XVI 384 – FINKEL III 1948 – GOOVAERTS II 192,

202, 398, 421, 430, IV 99, 135, 329, 357? – HUGO I 881, prob. 636/42 – KNAPINSKI 151/61 – KACZMARZYK 159/62 – MALECKI 311/12 – MATUSZEWSKI 216/18 – MPV I 118, 188, II 379, 390, 406 – POTTHAST 8545 (abbati de Bresk et de Zuerincia) – PROCHASKA 690 – SG I 405/06 – WAEFELGHEM 109 – ZAK EOP 1929, 55, 133 – IDEM OPoPr 199 – W. LUSZCZKIEWICZ, Opactwo norbertanskie w Brezsku czyli Hebdowie (Sprawozdanie komisji do badania historii sztuki w Polsce t. IV, 1891.

Series abbatum (nisi aliter notetur, Knapinski)

Voslaus † 1178	Nicolaus de Kamiona † 1571
Petrus	Bartholomaeus V. Habicht
Blasius	† 1584 (antea abbas in Nowysacz)
Walter ca. 1212	Stanislaus V. Szyjowski
Vincentius 1238/44	Melchior Olszewski –1619
Wenceslaus 1252 res.	Johannes de Zakliczyn Jordan
Florianus 1279	1620–27, antea abb. in Nowy Sacz.
Stanislaus 1293	Martinus Pieczonowski 1627–44
Bartholomaeus 1301	Ludovicus Stepkowski 1644–64
Martinus 1320	Felix Zeromski, commendatarius
Blasius ca. 1325 ¹	1664/68
Bartholomaeus 1331	Godehardus Tisenhaus 1668–73
Svietoslav 1337	Joannes Laurentius Scierski 1673–91
Bartholomaeus † 1350	Michael Wilkowski 1692–1726 ⁴
Philippus 1360 ²	sequuntur commendatarii:
Henricus 1369/74	Dominicus Lochmann 1732–38
Johannes 1371/79	Joseph Laszcz 1739–48
Stanislaus Prozba † 1391	Franciscus Borowski 1748–53
Gerlacus † 1409	Christophorus Dobinski 1753–69
Stanislaus 1418/20	Andr. Stanisl. Młodziejowski 1769–74
Nicolaus de Busko 1425/39 ³	Joseph Andr. Zaluski † 1774
Jacobus 1460	Carolus Wyrwicz 1774–90
Stanislaus 1498	Gregorius Zachariasiewicz 1790–1814
Martinus 1517/49	Antonius Bystrzynowski 1814–19
Nicolaus 1559	
Martinus Naropinski † 1565	

¹ MPV II 118.

² Successor Blasii 1350/58, ibidem II 374, 406.

³ BMun Nancy 995 III. An. 1421 fuerat praepositus in Plock.

⁴ Simul praepositus in Plock (ZAK OPP 195).

IMBRAMOWICE SS. Petri et Pauli

Pronuntia more gallico: Immebramowittsè.

Ymmeramowicz, Imramowitz, Lubena, Dlubna. – Initio vocabatur Dlubnia. In solitudine est situm prope Wolbrom versus austrum. Dioec. Cracoviensis nunc Kielce.

Ymram erat avunculus Yvonis, qui dederat praedium suum Dlubnia, quod post foundationem monasterii nuncupatum est Imbramowice. Parthenon, initio monasterium duplex. Fundatum est annis 1210/20 a dicto Imram et Ivone Odrowaz, Cracoviensi Episcopo. Primi incolae utriusque sexus venerunt e Brzesko, quae semper deinceps paternitatem exercuit. Anno 1240 a Tartaris deletum est. Anno 1418 moniales translatae sunt in Busko, in I. remansit tantum praepositus cum aliquibus fratribus. Atqui anno 1490 moniales eo reverterunt. Ab anno 1594 sub jurisdictione episcopi Cracoviensis, sed semper bini vel terni canonici ex aliqua abbatia aderant ut capellani. A saeculo XVI usque ad annum 1965 regebatur ab abbatissis. Ecclesia post incendium an. 1710 magnifice est reconstructa. Etsi saec. XIX valde angustiatum sit et pene extinctum, numquam tamen fuit suppressum. Annis 1819, 1864 et 1950 omnia bona praeter hortum sunt confiscata. Annis 1834–63 habuit scholam pro puellis nobilibus. Anno 1863 clauditur et novitiatus, qui tamen resumitur anno 1905. Licet anno 1902 ultimae moniales de Czerwinsk eo sint translatae, quadriennio post octo tantum religiosae vixerunt in I. Ab anno 1917 iterum potuit novitias accipere et exinde bene floret. 1978: 23 religiosae.

Archivalia: in canonia ipsa. Insuper: Arch. Status Varsoviae – Arch. Municipale Cracoviense, Collectio Rusiecki.

Bibliographia: BACKMUND Iter 180/82 – CDECC I 28, 29, 30, 195 – CDMai-Pol I/III et CDMinPol I cf. ind. – COTTINEAU 1452 – EK XVI 391/92 – GOOVAERTS IV 339 – HUGO II 85 – KACZMARZYK 159/62 – KNAPINSKI 206/12 – MALECKI 322/23 – MATUSZEWSKI 229/30 – MPV I 189, 464, II 319, 427, 434, 526 – SG III 275/76 – WAEFELGHEM 124 – Wielka Encyklopedia powszechna, Warszawa XXIX/XXX, 790/92 – ZAK OPoPr – N. BUDKOWA/KOZŁOWSKA, Uposazenie klasztoru PP. Norbertanek w Imbramowicach 1228–1459 (Studia historyczne ku czci S. Kutrzeby, Krakow 1938 II 369/80 – S. KUTRZEBA, List generala premonstratskiego Gerwazego do Iwana Odrowąza (Kwart. Hist. 1902 XVI 587) – A. MARCHEWKA in: Przewodnik Katolicki Nr. 28, Poznan 11. 7. 1928 – Pamiatka 700 letniego jubileuszu klasztoru w Imbramowicach 1226–1926, Przemysl 1926 – I. PICHLER, 750 Jahre Imbramowice 1226–1976. Sensationelle Entdeckung eines Gemäldes im Jubiläumsjahr (Anal. Praem. LII 1976, 231/33) – Pro Nostris XXIII 1958, 77/79 – S. C. SŁUPNICKA, Imbramowice (ROPM IX 1907, 193 sv) – J. WISNIEWSKI, Historyczny opis kościołów, miast, zabytków i pamiątek w Olkuszkiem, Mariowka 1933, 88/96. –

Praepositi:

Nicolaus 1293¹

Jacobus 1326/27²

Swentoslaus 1350³

Goswinus prior⁴

Magistrae et abbatissae (ex archivis loci)

Gertrud Odrowąż magistra 1229

Elisabeth, Jachna, Sophia, Jachna
(priorissae saec. XV)

Agnes Ogonowska post an. 1485⁵

Catharina Przystańska 15..

Katharina Przybysławska 1557

Sophia Mieroszewska † 1586

Anna Brudzinska 1594/96

Agnes Wygnańska † 1613

Anna Poniatowska † 1621

Magdalena Borzeńska 1638

Bogumiła Magdalena Gumieńska †
1665

Eva Caecilia Ogonowska 1665/73

Magdalena Ludmilla Bodzecianka
1673/88

Cristina Oraczewska 1688/1703

Sophia Groth 1703/41

Catharina Bąkowska 1741/58

Teresia Mieroszewska 1758/69

Constantia Wolicka 1769/79

Feliciana Otwinowska 1779/85

Konstantia Kręska 1785/96

Anna Bętkowska 1796/1804

Marianna Kozubska 1804/34

Victoria Zdanowska 1834/48

Bronisława Switanowska 1848/66

Maria Trzebińska 1866/82

Anna Oraczewska 1882/90

Maria Nidecka 1890/1917

Anselma Wisnicka 1917/20

Stephania Czerkiewicz 1920/24

Konstantia Łukowicz 1° 1924/39

Maria Łukaszewska 1939/45

Konstantia Łukowicz 2° 1945–

Teresia Widernak priorissa

Christina Bak

KRAKOW St. Norbertus

In urbe et dioecesi eiusdem nominis.

Parthenon fundatus annis 1636/43 a Dorothea Kątska, abbatissa Zwierzynecensi, tamquam refugium pro monialibus suis tempore belli. Postea vero sui juris facta est domus, quae stetit sub paternitate abbatis Hebdovien-sis. Anno 1803 est suppressa, et omnes 23 moniales secesserunt in Zwierzy-

¹ CDMinPol III 144.

² MPV 189.

³ ibid. 319.

⁴ LMortStV 24. VIII.

⁵ eruere non potuimus, quando incipiunt abbatissae, sed probabiliter saec. XVI, cum jurisdictio transiit ab ordine ad episcopum.

niec. Ecclesia et claustrum manserunt intacta, ab anno 1809 a Graecis unitis erant occupata, sed nunc sunt ibi Patres de „La Salette“.

Archivalia: Arch. monasterii Zwierzyniec et Dioec. Cracoviensis

Bibliographia: BACKMUND Iter 178 – (Deest apud HUGO) – EK XVI 225 – KNAPINSKI 397 – WAEFELGHEM 244 – ZAK Oest. Klosterb. 273 – IDEM OPoPr 205 – V. MICHALINA, *Knihovska mesnica* 1902, 19sq – T. PETRYCZOWNA, *Diariusz o Fundacyi kosciola i konwentu pud titulem O. S. Norberta w Krakowie 1643–1803*, Krakow 1860. –

KRZYZANOWICE Annuntiatio BMV et St. Thecla

Pronuntia more gallico: Kijjanowittsè
Crisanowitz, Crizanowicium

Juxta flumen Nida, prope Pinczow, Dioec. Krakow, nunc Kielce.

Fundatum ut monasterium duplex inter annos 1227 et 40, alias demum 1247 a Lescone V Albo, Duce Cracoviensi et Sandomirensi, cuius filius Boleslaus bona fundatitia auxit. Filia de Strzelno, initio sub paternitate Sti. Vincentii Wratislaviensis. Anno 1334 occurrit, „abbas de Kr.“¹ Parochia loci tamquam unica, ab initio ei fuit incorporata. Anno 1418 moniales cum illis de Imbramowice translatae sunt in Busko. Krzyzanowice mansit praepositura virorum, de jure sui juris, cum proprio conventu. Ab anno 1418 vero fuit sub paternitate abbatum Vitoviensium, qui independentiam huius praepositurae paulatim practice suppresserunt in proprium emolumentum. Anno 1678 abbatia Hebdoviensis arripuit sibi Krzyzanowice, et restituit ibi conventum cum proprio novitiatu, sed anno 1701 restauratus est status quo ante. Vitovia tamen semper misit eo 5–6 canonicos, vigitque ibi plena vita conventualis. Anno 1767 denuo Hebdovia sibi usurpavit praeposituram, ortaeque sunt hac de re longae lites, et decretum Sanctae Sedis, quo Krzyzanowice per compromissum anno 1774 fuisset restituenda abbatiae Vitoviensi, non est exsecuta, et ab anno 1778 habuit praepositos commendatarios. Anno 1782 ecclesia combusta est, anno 1789 nova est constructa quae hodie est parochialis. Anno 1819 praepositura suppressa est.

Archivalia: Vide Witow et Hebdow – Arch. Generale Varsoviense – Arch. Dioec. Cracoviense – Arch. Vaticanum, Acta Nuntiat. Varsoviensis.

Bibliographia: BACKMUND, *Iter* 183/84 – CDMaiPol III cf. ind. – EK XVI 392/93 – FINKEL III 1962 – GOOVAERTS I 452, 464, II 407 – HUGO nescit, sed occurrit in aliquibus antiquis catalogis. Vide infra apud „Praetermissis“. – KACZMARZYK 169/71

¹ MPV II 390

– Knapinski 212/19 – Kraszewski – Malecki 318/20 – Matuszewski 246/48 – MPV I 119, 189, 450, II 319 – Wäefelghem 144 – Zak OPoPr 205 – C. Deptula, Les deux fondations du couvent des Prémontrés à Kr. (Rocznik humanystyczne XI 1962, 95/123) en polonais, avec résumé en français – J. Zdanowski, Kosciol pod wezwaniem sw. Tekli i byly klasztor norbertanski w Krzyzanowicach pod Pinczowem (Nasza Przeslosc XVII 1963, 103/121).

Praepositi (nisi aliter notetur: GOOVAERTS)

Donatus 1293 ²	Hieronimus Kluczynski 1730–42
Friczko 1326 ³	Antonius Kraszewski 1742–45
Melchior Szymanowski –1678	postea abb. in Witow
Adalbertus Wolbramski 1697–1702	Isfridus Bieganski –1819
Chrysostomus Felix Staszewski	Inseri nequit:
1727/29, postea abb. in NowySacz	Agata abbatissa 21. VI (LMortStV)

ŁĘCZYCA Assumptio BMV

Pronuntia more gallico: Ouengtchittsa.

Lancia, Lencium. Vitetur confusio cum canonia OSA in eodem loco.

In oppido eiusdem nominis prope Lodz. Archidioec. Gniezno, nunc Lodz.

Parthenon, Praepositura. Fundata anno 1609 a Nicolao Szczawinski, to-parcha loci. Mater fuit Strzelno, cuius priorissa, soror fundatoris, priorissa dein facta est in Leczyca, et cuius praepositus pater abbas huius parthenonis mansit usque in finem. Habuit duas ecclesias incorporatas jure patronatus. Suppressum anno 1819, ecclesia paulo post fuit solo aequata, in monasterio hodie sunt officia gubernalia.

Archivalia: Arch. Status Varsoviense, et Cap. Cathedr. in in Wloclawek

Bibliographia: BACKMUND VPolZ 241 – COTTINEAU 1579 – EK XVI 396/97 – HUGO II 37 – Knapinski 223/25 – Kraszewski – Wäefelghem 144 – Zak OPoPr 205.

Priorissae (Necr. ZuKowo)

Katarina Szubska † 31. 1. 16..

Helena Gizycka † 1630 3. 10

Sofia Lucziwinska 16.. † 20. 6

² CDMinPol III 142.

³ MPV I 189.

NOWY SĄCZ Sti. Spiritus et BMV

Pronuntia more gallico: Novisangtche.

Nova Sandecz, Sandeck, Sacz, Sandecium, Domus Pauperum. Germanice: Neusandetz. In civitate eiusdem nominis, in montibus in meridie Cracoviae. Dioec. Cracoviensis, nunc Tarnow.

Abbatia, fundata anno 1409/10 a rege Vladislao I. Jagiello, juxta Hospitale Sti. Spiritus anno 1400 fundatum, filia de Hebdow Fundatio facta est enixe rogante canonico quodam Strahoviensi, nomine Joannis de Praga, praeclaro professore universitatis Pragensis, a rabie Hussitarum profugo, qui etiam primus abbas, et quidem infulatus, novae plantationis est factus.¹ Ecclesias incorporatas, praeter abbatialem ipsam, quae ne parochialis quidem erat, nullas habuit; hospitale vero adnexum administravit usque in finem. In ecclesia est etiam imago B.M.V. miraculosa, quae hodie ibi colitur. Anno 1597 praeter abbatem ibi vixerunt quinque canonici tantum. Annis 1598–1614 gemuit sub commenda, bona eius ab episcopo alienis sunt locata. Sed abbas regularis nihilominus mansit in functione sua. Annis 1620/70 Nowysącz immo omnino carebat abbate, abbates Hebdovienses simul et titulum Sandecensem sibi vindicaverunt, hanc canoniam per administratores regentes. Anno 1752 ab abbate generali Now Sącz segregata est a circaria Poloniae et Bohemicae unita, et posita sub paternitate abbatis Gradicensis. In catalogo circariae Bohemiae anno 1780 vero Nowy Sącz non invenitur, ideo possumus suspicari, decretum hoc aut interea fuisse revocatum, aut numquam in praxim deductum. Post mortem ultimi abbatis, anno 1781, gubernium austriacum, in cuius ditionem haec regio anno 1772 venerat, novam electionem, sicut et admissionem novitiorum impedivit. Anno 1784 canonia, quae tunc habuit 20 canonicos et 5 clericos (1749: 12 canonicos), suppressa et biennio post alienata est. Bona eius taxata sunt valoris 48 680 florenorum. Ecclesia, quae paulo ante pulcherrime fuerat exornata, omni suo splendore orbata et profanata est. Stalla chori et unum altare venerunt in ecclesiam parochialem loci, ubi an. 1880 incendio perierunt. Modica bibliotheca (1647 volumina) tradita est Universitati Leopoliensi (Lwow). Clastrum, quod erat exiguum (10 cellae pro 25 religiosis!) adaptatum est ad habitationes et scholas. Anno 1832 omnia tradita sunt Societati Jesu, quae ecclesia restaurata et aedibus amplificatis, ea tenet usque hodie.

Archivalia: Arch. Gubernii Leopoli (Lwow) – Arch. Castri Sandecensis – Arch. Municipale ibidem – Arch. Archiep. Cracoviense.

¹ Abbas iste mortuus est in odore sanctitatis apud Camaldulenses in Bielany prope Cracoviam.

Bibliographia: BACKMUND Iter 182/83 – BRUNNER 753 – DŁUGOSZ Liber beneficiorum III 79 – EK XVI 393/96 – FINKEL III 1998 – GABRIEL 9 – GOOVAERTS II 231, IV 239 – HUGO II 753 – KNAPINSKI 219/23 – KRASZEWSKI – WAEFELGHEM 133 – ZAK Óst. Klb. 62 – IDEM OPOPr 200 – Akta grodzkie i ziemskie, Lwów 1883, IX – Król Wład. Jagiello uposaza klasztor Premonstratensow w Dabrowie i Nowym Sączu, in: Dodatek tygodniowy do Gazety Lwowskiej 1852, Nr. 45 – S. KURAS, Zbiór Dokumentow katedry i diecezji Krakowskiej I 1063/1415, Lublin 1965, 326/27 – J. SYGANSKI, Obraz laskami slynacy Matki Boskiej Pocieszenia i Kosciol OO. Jezuitow w Nowym Sączu, Krakow 1891 – IDEM, Nowy Sącz, jego dzieje i pamiatki dziejowe, Nowysącz 1892 – IDEM, Historia Nowego Sączu od wstapienia dynastii Wazow do pierwszego rozbioru Polski, Lwów 1901 – Włoski klasztoru norbertanskiego w Nowym Sączu obdarzone prawem swieckiem (Dodatek tygodniowy do Gazety Lwowskiej 1851, Nr. 24, 25) – S. ZALESKI S. J., Jezuici w Polsce, V cap. XIV par. 74. –

Series abbatum (Syganski, Knapinski)

Joannes I. de Praga 1410–12, res.	Joannes IV. de Sącz Brochwic
Mathias 1413–19 res.	1512–28
Bartholomaeus 1419–42	Martinus Jantha 1528–62
Joannes II. de Zychlin 1442–65	Bartholomaeus Habicht 1562–71
Gregorius	postea abbas Hebdoviensis
Nicolaus I.	Nicolaus II. Narebski 1571–85
Stanislaus	Paulus de Golcza 1585–86
Laurentius –1502	Joannes V. de Zakliczyn
Joannes III. –1512, res.	1586–1620 (1620–27 simul et abbas Hebdoviensis)

Administratores

Christophorus Morski 1620–33	Nicolaus Scierski 1640–59
Michael Franciscus Morski 1633–40	Andreas Zychorski 1660–69

denuo Abbates

Theophilus (Bohumil) Kaczynski 1670–97	Joannes Nepomuc. de Wittan 1742–45 res.
Casimirus Sowinski 1697–1728	Joannes Paulus Lassota
Chrysostomus de Staszewski 1729–42	Szczkowski 1746–81

OŁOBOK

Pronuntia more gallico: Ovoboc

Catalogo Ninivensi II insertum est „claustrum sororum in Polonia: Oleboc“. In Veteri Registro cum aliis asceteriis polonis Circariae Scotiae est ap-

positum¹. Exinde magna incertitudo viguit apud omnes auctores, praesertim cum ex nullo alio fonte aliquid de hoc monasterio erui potuerit. Multi auctores, sequentes Hugo, eam collocant in Angliam (Okebroke).

Revera erat parthenon vel monasterium duplex prope Kalisz versus austrum, saeculo XII probabiliter fundatum quo forte secesserunt sorores monasterii duplicis Koscielna Wies. Initio saeculi sequentis desiit et circa annum 1213 traditum est monialibus Ord. Cist de Trzebnica (Trebnitz in Silesia). In catalogis recentioribus non iam apparet.

LAIRUELZ 400, HUGO II 437, WAÆFELGHEM 186. – BACKMUND, Neues zur Struktur der alten Kataloge, (Anal. Praem. 1977, 156) – N. TRAWKOWSKI, Ge-neza regionu Kaliszkiego, in: XVIII wiekow Kalisza, Poznan 1962, p. 64)

PŁOCK SS. Maria Magdalena

Pronuntia more gallico: Pouottsque.

Plocensis, Plocko. – Indices antiquissimi nuncupant hunc parthenonem: Sancta Maria. – Ecclesia saec. XVIII constructa tamquam primarium patrum habuit Stum. Norbertum.

In civitate eiusdem nominis in provincia Masoviae, sedes episcopalis. Numquam fuit capitulum cathedrale ordinis, ut falso asserit Cat. Lepaige: „Plocensis olim moniales, nunc ecclesia cathedralis“.

Parthenon, dein monasterium duplex, immo abbatia, postremo praepositura. Quae evolutio insolita patet ex epistola Gervasii abbatis Generalis circa annum 1220, qua monet Ivonem episcopum Cracoviensem, ut juxta asceterium Plocensem construeret coenobium canonicorum². Fundatum est inter annos 1160 et 79 a Vito Chotel, episcopo Plocensi et comite Zivo, duce (voievoda) Masoviae. A saeculo XIV praevalebant moniales. Sed adhuc an. 1427 erat monasterium duplex³. Hic consecratio virginum sollemnis erat in usu, moniales emiserunt vota in manus episcopi secundum ritum romanum.

Filia primitus de Hebdow, anno 1477 tamen Vitoviae est incorporata. Quae cum esset sub commenda, Plockensis parthenon saeculo XVII directioni ordinis est subtractus et episcopo subditus. Praepositi eius erant „anulares“ tantum. Ecclesias habuit incorporatas: Budzanow, Barczyce, Broni-

¹ Ninivensis II dat statum Ordinis circa annum 1235, sed nititur forte fontibus anterioribus. Vide de eo et de Veteri Registro vol. III pp. 367 sq.

² Hugo SAM ep. Gerv. 93.

³ RepGerm IV 3244.

slaw, Naruszew, Ostrowody, Briwilno, Slupno et Plocko, quae fere omnes a sacerdotibus saecularibus erant administratae. Anno 1775 in Plock erant duo canonici Vitovienses tantum (1 provisor, 1 concionator). Anno 1623 monasterium in locum salubriorem est translatum. Anno 1782 instituit scholam pro puellis nobiles. Suppressum est anno 1819. Ecclesia et conventus mutata sunt in castra militum. Moniales vero translatae sunt in antiquam abbatiam canonicorum Ord. Sti. Augustini in Czerwinsk, in districtu Ciechanow sitam, ubi direxerunt scholam pro puellis, Quia receptio novitiarum a Russis fuit prohibita conventus paulatim est extinctus. Anno 1884 ibi erant adhuc 10 canonissae, ultimae sex anno 1902 migraverunt in Imbramowice.

Czerwinsk, quod adhuc occurrit in catalogo ordinis anni 1900, hodie occupatur a congregatione Salesianorum Don Bosco.

Archivalia: Arch. Episcop. Plocensis – Arch. Stat. Varsoviense.

Bibliographia: BACKMUND VPolZ 242 – CDMaiPol I, II cf. ind. – EK XVI 386/87 – FINKEL III 1984 – GOOVAERTS IV 339 – HUGO II 573, prob. 380/81 – IDEM SAM ep. Gerv. 93 – KACZMARZYK 303/05 – KRAPINSKI 185/87 – KRASZEWSKI – MALECKI 312/14 – MATUSZEWSKI 496/97 – MPV I 251, 271 – Rep Germ III 5, IV 3244 – WAEFELGHEM 196 – ZAK OPoPr 204 – Altpreußische Forschungen XVII 1940, 190 – N. NOWOWIELSKI Plock, 586 sq – B. ULANOWSKI Dokumenty kujawskie i mazowieckie, Krakow 1887. –

Praepositi

Paulus 1409/25	Joannes Gluchowski † 11. 1
Nicolaus 1421	Rep. Germ. III 24
Adalbert Tolibowski –1645	BMun Nancy 995 III
Michael Wilkowski 1692/1726	Goovaerts l. c.
simul abbas in Hebdow	Necrol. Succoviense

Magistrae (ex necrol. Sti. Vincentii)

Ludmilla 17. II	Vojslava
Morizla 16. IV	Grimolca † 22. 12. ante 1600
Witoslawa 2. VIII	Sofia Kobelnicka –13. 5. 1589 (Necr. Succ.)

STRZELNO Sta. Crux, ab an. 1216 Sma. Trinitas, et BMV

Pronuntia more gallico: Stjelno.

Strelnensis, Srelno, Strelin, Strelitz.

Prope Inowraclaw, Dioec. Cujaviensis, nunc Gniezno-Poznan.

Parthenon, initio monasterium duplex, immo abbatia usque ad annum

1231¹. Fundatum a Petro Dunin Wlast, comite de Skrzynz (cf. Breslau Sti. Vincentii). Annus foundationis, a traditione monasterii relatus, est 1124, sed vix credi potest, nisi forte fundatio peracta sit pro alio ordine. Primo facta est in Cholin, et dein translata in S. Videtur de novo esse fundatum an. 1149 a Casimiro Duce Cujaviae. Mater eius erat abbatia de Koscielna Wies. Magna ut videtur, pars monialium illius canonice translata est ad ecclesiam de S. quae iam an. 1133 consecrata est. Strzelno vero quod fuit sub paternitate Sti. Vincentii in Breslau, facta est mater domuum Czarnowasy, de Krzyzanowice, de Zukowo et de Łęczyca. Anno 1593 divisio mensarum in conventualem et praeposituralem est peracta. In asceterium Łęczyca praepositi Strelnenses, qui ab anno 1600 erant infulati et qui pluries immo dignitatem vicarii generalis circariae sunt adepti, plenum jus patris abbatis exercuerunt². Strzelno habuit duas ecclesias incorporatas inter eas parochiam loci, quam ipsa administravit. Status personalis erat generatim 7 canonicorum et 50 monialium (anno 1726: 5 resp. 30). Anno 1795, definitive anno 1838 a gubernio borussico est suppressum. Ecclesia romanica, quae est ecclesiae Stae. Mariae Magdeburgensis valde consimilis, nunc est parochialis, monasterium est domus parochialis.

Archivalia: Bibl. Parochiae loci: Liber privilegiorum, cum obituario (1646) edd. KETRZYŃSKI – Arch. Status Bydgoszcz: Ca. 60 fasciculi: Registrum seu matrica privilegiorum monasterii Strelnensis et bonorum eius ex annis 1459–1882; Organisatio monasterii saec. XVIII, Electiones, infulationes 1803/06; reparatio aedium 1803/14, Capitalia et processus s. XVII/XIX.

Bibliographia: BACKMUND VPolZ – CDMaiPol I nr. 32, II/V cf. ind. – EK XVI 384 – FINKEL III 2005 – GACH Zrodla cf. ind. – GOOVAERTS I 544, 545, IV 331 – KACZMARZYK 319/22 – KNAPINSKI 161/74 – LUSZESKIEWICZ Studya – KRASZEWSKI – MALECKI 314/17 – MATUSZEWSKI 498/501 – MOSBACH – SG XI 464/68 – SWIECHOWSKI Arch. rom. – WAEFELGHEM 289 – ZAK OPoPr 202 – *Analecta Praem.* 1965, 378 – S. BIENIEK, Bemerkungen über den Ursprung des Klosters S. und die Gründungen des Piotr Wlostowic (polonice) in: *Biuletyn historii sztuki* XXVI 1964, 66/67 – J. CZECHOWSKI, Historia kościołów strzeleńskich, Str. 1929 – W. KETRZYŃSKI, Liber mortuorum et „Liber privilegiorum Stae. Mariae“ monasterii Strelnensis (MPH V 1887, 719/67) – *Klasztor Norbertanek w Strzelnie* (Przyjacieli Ludu, Leszno 1835, II) – J. KOTHE, *Die Kunstdenkmäler des Reg. Bezirks Bromberg*, Berlin 1897 (Kdm der Provinz Posen IV) 4753 – S. KOZIEROWSKI, Szematyzm historyczny ustrojów Dzisiejszej archidiecezji gnieźnieńskiej, Poznań 1934, 207/09 – R. KOZŁOWSKI, Rozwój uposażenia ziemskiego klasztoru norbertanek w Strzelnie do końca XV w. (Prace Komisji

¹ Epistola praepositi P. Wolski ad abbatem Hugo (BMun Nancy 995/I, 9).

² Hugo scribit II 933: „Ad praeposituram vacantem solet ex indulto tres praesentare candidatos rex Poloniae, ex quibus unum sic libere assumunt moniales, ut alterum judicaverint aptiorem, possint eligere. Ab abbate Sti. Vincentii confirmatus, electus per episcopum Vratislaviensem instituitur.

Historycznej Bydgoskiego Towarzystwa Naukowego, IV 1967) = Entwicklung des Besitzes des Klosters St. bis zum Ende des 15. Jah. – C. LUCZAK, Studia z dziejów ziemi mogileńskiej, praca zbiorowa, Poznań 1978, 241/65 – J. LUKOWSKI Przyczynek do wyjaśnienia pierwszych dziejów klasztoru Norbertanek w Strzelnie (Rocznik tow. Przyjac. nauk. Poznań 1897, XXIII) – W. LUSZCZKIEWICZ, Koscioły i rzeźby Dunińskie w Strzelnie na Kujawach. Przyczynek do dziejów sztuki XII wieku w Polsce (Pamiętnik Akademii Umiejętności w Krakowie. Wydział filol. histor. Filoz. T. III 1878 r.) – Miasta polskie w Tysiącleciu I (civitates polonicae millenares) Wrocław-Warszawa-Kraków, 1965, 343/44 – W. POSADZOWNA, Fundatores et fundatio monasterii Str. (polonice) in: Roczniki Historyczne XIII, Poznań 1937, 25 sq. – A. SANTIFALLER, Nikolaus Liebental, Anal. Praem. 1951, 190 – Z. ŚWIECHOWSKI, Die figurierten Säulen von Str. (Zschr. f. Kunstgeschichte XXX 1967, 273/308) – B. ULANOWSKI, O założeniu i uposażeniu strzelińskiego klasztoru (Archiwum komisji historycznej Akademii Umiejętności w Krakowie IV 1888, 144/48 – IDEM, Strzelno i jego najdawniejsze przywileje, in: Dokumenty I – M. WALICKI, Budowle Strzelna na tle sztuki romanskiej w Polsce (Biuletyn Historii Sztuki i Kultury I, 1922/33, 22. –

Series praepositorum

(si non aliter notetur sec. Hugo et Knapinski)

Marcus 1216/31	Nikolaus Chwaliszewski 1561/75
Albertus 1220	antea abb. Sti. Vincentii
Marcus 1288	Andreas Pecherski 1577/91
Rodericus (Rodgerus) 1295/98	Gabriel Kielczewski 1593/1623
Joannes 1314	Samuel Sierakowski 1623/30
Boguslaus 1354	Nikolaus Jaskolski 1660/71
Marcus 1356/64	Joannes Theophilus Grzemski 1682
postea abb. Sti. Vincentii	Paulus Wolski 1717/26
Wilhelmus 1393	Nicolaus Lukowski 1726/36
Nicolaus Joannes Melin 1407?	Joseph Norbertus Luczycki 1736/70
Leonardus Fröhlich 1417/26 ³	Hroznata Rakowski 1770–76 dep.
Joannes Melin 1426/27 ⁴	Xaverius Salmonski –1838
Joannes Lukav 1447	Inseri nequeunt:
Joannes Lopszycz 1475/80	(PERLBACH, Nocr. Succ.)
Nikolaus Koszen (Kosteju)	Quatuor Gulielmi, quorum unus
1480/83	potest esse idem ut supra: 26. 5; 26.
Jacobus Paulewska –1505	8; 9. 9; et 17. 9 – Stizlaus 14. 2
Petrus Glazar 1522	(LMortStV)
Jacobus Nowacki 1536	
Gregorius z Miljowa 1551	

³ Rep. Germ. IV 2, 2544, 2599.

⁴ ut 5 sequentes: SANTIFALLER Anal. Praem. 1951, 190 sq.

Magistrae et priorissae (PERLBACH et LMortStV)

Wierzchosława 11..	Dobesława 14. 6
Barbara Naremwowska 14. 1	Anna Kozubowska 13. 8. 16..
Beatrix filia fundatoris 20. 3	Anna 2. 12
Anna 3. 4	Anna 4. 12 (eadem?)
Bogusława 4. 4	Beatrix 13. 12
Anna Skorkowska 30. 4	Dorothea Strozewska –1625
Katharina Wienicka 13. 5	Anna Kretkowska –1652
Sofia 6. 6	

WITOW SS. Martini et Margaretae

Pronuntia more gallico: Vitouve.

Vitoviensis. Antiqui catalogi valde deturpant hoc nomen, inter alia in Vilhovichiam, Viconiam. Inde confusiones sunt ortae cum Vicogne in Gallia.

Ad flumen Pilica, prope Piotrkow Tribunalski, Dioc. Gniezno, dein Wloclawek, nunc Lodz.

Abbatia fundata ut monasterium duplex inter annos 1160 et 79 a Vito Chotel. Episcopo Plocensi et fratre eius Dzierzykraj, Vojevoda de Sandomierz (Cf. Busko et Plock). Filia de Brzesko-Hebdow. Moniales postea translatae sunt in Plock, Busko et Krzyzanowice. Ab anno 1241, post devastationem per Tataros, a canonicis tantum fuit habitatum. An. 1442 infulantur abbates. Tres parthenones supra laudati ab abbacia Vitoviensi dependent. Krzyzanowice vero annis 1418 usque ad 1767 praepositura virorum fuit, a Vitovia aequae dependens. Parochias possedit sequentes, quas et partim administravit: Milejow 1282, Raczno et Slawszowo 1421, Reczno 1698, et saeculo XVIII insuper Kruszyna, Slupno, Naruszew et Barcice. 1761: 19 DD in domo, 1775: 39 universim. Saeculo XVIII abbates commendatarii rapaces de Hebdow sibi arripuerunt praeposituras supra dictas. Anno 1657 a Suecis est devastatum, nova ecclesia, quae est valde pulchra, nonnisi an. 1784 fuit completa. Anno 1819 suppressa est canonica. Ecclesia est parochialis, in monasterio valde modico habitat parochus.

Archivalia: Arch. Stat. Varsoviae – MS LESAGE

Bibliographia: AUVRAY 43, 44 – BACKMUND Iter 179/80 – IDEM VPolZ 242 – CDMaiPol III – CDMinPol II cf. ind. – EK XVI 386 – GOOVAERTS II 118, 218, 249, 406, 412, III 136, 189, IV 120, 127 – HUGO pro hac domo vol. II 1091 habet notitiam brevissimam, mendis quoque scatentem – KACZMARZYK – KNAPINSKI 181/85 – KRASZEWSKI – MALECKI 314 – MATUSZEWSKI – MPV I 499, III 14, 15, IV 906 – POTTHAST 7879 – RepGerm IV 78, 2599, 2761, 3429, 3721 – SG XIV 675/76 – WAFFELGHEM 328

– ZAK EOP 1928, 32, 298; 1929: 146 – IDEM OPoPr 200 – R. GRODECKI (vide supra apud Busko) 70/72 – B. JASKULSKI Kościół i plebania w Witowie pod Piotrkowem, Piotrkow 1908 – C. SLUPNICKA, Destruction de l'Abbaye de Witow 1241 (ROPM X, Louvain 1908, 3/7). –

Series abbatum (Kraszewski, Knapinski, Arch. Nunt. Varsav.)

Thomas 1212	Stanislaus Ketlynski 1595
Gregorius 1224	Mathias Spinek
Arnoldus 1261	commendatarii:
Simon 1265	Otto Schenking 1601/21 (1° et 2°)
Martinus 1273	Coadjutor: Hieronymus Zaluski † 1606
Clemens 1276	Bartholomaeus Butler 1621
Florianus 1279	Otto Schenking 3° –1629
Swietoslaw 1282	Samuel Plaza 1638
Johannes ca. 1305	Adrianus Grodecki † 1658
Swietoslaw 1330/46	Felicianus Mietlicki, administrator obiit
Adalbertus 1359	in novitiatu 1659
Mathias de Krezny 1396	Vespasianus Lanckoronski † 1672
Stanislaus res. ante 1417	Albertus Georgius Denhoff 1677
Swietoslaus 1417 ¹	Joannes Ossolinski de Teczyn 1698
Vincentius 1418	Franciscus Kraszowski 1702/31
Swietoslaus 1423/28	Josephus Laszcz 1732/38
Petrus 1442	iterum regulares:
Jacobus 1461	Alexander Pieniaczek 1738/45
Gregorius 1464	Antonius Kraszewski 1745/58
Martinus 1476/89	Cajetanus Ozarowski 1758/60
Mathias –1533	Anselmus Baffelt 1760/66
Mathias Turobowski 1533/61	Eustachius Suchecki 1766–1803
Stanislaus Ketlynski 1567	Adalbert Kaminski 1803–19
Mathias Ketlynski 1581 ²	

ZUKOWO Assumptio BMV

Pronuntia more gallico: Joukovo.

Succowe, -ovium, Stolpa. – Germanice: Zuckau.

Prope Kartusz, in provincia quae polonice Pomorze, germanice Pommerellen dicitur. Dioec. Wloclawek, nunc Chelmno (Kulm).

¹ Anno 1417 confertur abbatia Swantoslae, vacans per resignationem Stanislai (Rep. Germ. IV 3429).

² MPV 1923, 33.

Anno 1201 Innocentius III Pp conceditur abbati Sti. Vincentii ecclesiam Sti. Jacobi in Z. Anno 1209 Mestwinus dux de Pomorze fundavit in loco vicino Stolpa asceterium ordinis, sub tutela abbatis Sti. Vincentii. Primae moniales venerunt e Strzelno. Nequaquam confundendus est locus iste cum Stolpa in Pomerania Orientali, non longe distanti, ubi in fine eiusdem saeculi ab alio quodam duce Mestvino alius parthenon Ordinis est fundatus. (vide supra apud Circ. Slaviae). Anno 1224 a Borussis ethnicis fuit devastatum, circa annum 1228 nova plantatio facta est in vicino Zukowo per Swantopolkum II Ducem Pomeraniae. Anno 1433 denuo diruitur ab Hussitis. Anno 1505 reformatur. Saec. XVI ab haeticis iterum destruitur, anno demum 1604 reconstructum est. Saeculo XVII habuit scholam. Anno 1834 suppressum est. Ecclesia fit parochialis, maior pars monasterii solo aequatur.

Archivalia: Arch. Status in Gdansk (Danzig) – Archivum parochiale in loco: Necrologium (edd. PERLBACH).

Bibliographia: EK XVI 389/91 – HUGO II 1185 – KNAPINSKI 202/05 – MATUSZEWSKI 556/61 – MPV I 267, 269, 280, IV 906, V 1923/33, VI 187, 216, 386, 403 – RegImp V 10407 – SG XIV 849/50 – WAEFELGHEM 331 – ZAK OPOPr – A. BROSIG, Plastyka gotycka na Pomorzu. Zapiski towarzystwa naukowego w Toruniu VIII (1929) 136 – A. CZACHAROWSKI, Uposazenie i organizacja klasztoru nobertanek w Zukowie od XIII do potowy XV wieku, Torun 1963 (Dotatio et organisatio asceterii de Z. 13/15. saec.) – B. FANKIDEJSKI, Klasztory zen skie diecezji chelminskiej, Pelplin 1883, 19/63 – Handbuch der Historischen Stätten, Ost- und Westpreußen, Stuttgart 1966, 247 – T. HIRSCH, Das Kloster Zuckau im 13. und 14. Jahrh. (Neue Preußische Provinzialblätter, 2, Folge 3, 1853, 1/71) – K. KASISKE, Das deutsche Siedelwerk des Mittelalters in Pommerellen (Einzelschriften der Histor. Kommission für ost- und westpreußische Landesforschung Bd. 7, Königsberg 1938, 196 ff.) – W. KETRZYNSKI, Fragmentum Menologii Succoviensis (MPH IV 140/41) – M. PERLBACH, Pommerellisches Urkundenbuch (I, –1315) Danzig 1882 – IDEM, Das Totenbuch des Klosters Z., Danzig 1906 – R. STACHNIK, v. Anal. Praem. XLIII 375 – J. STENZEL, Das Kloster Z. (Diss.), Danzig 1892 – O. W. SZOLDRSKI, Miscellanea Zukowskie N. Pr., Krakow 1957).

Series praepositorum (FANKIDEJSKI, SZOLDRSKI, PERLBACH)

Alard 1210	Joannes Collete 1531/32
Nicolaus 1316–?	Kaspar v. Haymb 1532
Daniel 1414/17	Joannes Lambert 1535
Joannes Knauer 1424 bis depos., –1446	Blasius 1554/57
Callixtus 1435	Fabianus Schwarz 1557
Nicolaus Boytin 1483	Joannes Wintzig 1564
Laurentius Lauban –1531	Georgius v. Eden 1565/79
	Georgius de Wyskocki 1° 1579/83

dep. ¹	Franciscus Gregorius Blendowski 1599/1603
Benedictus Gorynski 1° 1583/87	Alexander Wskrzynski 1603/32
Georgius de Wyskocki 2° 1587–	Andreas Swinecki 1633/60
Benedictus Gorynski 2° –1599	
Abhinc loco praepositorum „confessarii“, qui erant de clero saeculari. Inseri nequeunt ex necrologiis loci et Sti. Vincentii Vratislav.:	
Mathias monachus 17. I	Sebastianus 15. VI
Henricus Salomon item 18. I	Petrus 29. VI
Johannes Wanta 22. II	Georg v. Eda 6. VII
Joannes 22. III	Joannes 7. VII
Nicolaus 27. III	Joannes 31. VII
Leonardus 26. IV	Andreas monachus 8. VIII
Bohuslaus 27. IV	Gulielmus 27. VIII
Jacobus monachus 29. IV	Theodoricus 31. VIII
Nicolaus 13. V	Jacobus 16. IX
Paulus 1. VI	Joannes Cruceborg 25. X
Joannes (priors) 22. VIII et 21. IX	Joannes Bluming 27. XI
Andreas monachus 5. VI	Simon
Joannes 7. VI	Radzim
Magistrae	
Wierzchoslawa prima magistra	Ludmilla 16. V
Priorissae:	
Zdislawa 21. I ante annum 1600 ut sequentes:	Miroslawa 1224/26
Beatrix 19. III	Miloslawa 1290
Elisabeth 7. IV	Febronia post 1423
Tekla 20. V	Anna Racieska –1626
Vitoslawa 1. VIII	Margareta Czapska –1657
Przesprawa 1. XI	Elisabeth Glynska –1661
Margareta 3. XI	Anna Zakrzewska –1671
Margareta 25. XI	Katarina Kuszczanska –1689
Mechtildis 26. XI	Elisabeth Cziecholewska –1709
Agnes Sukowska 26. XI	Teresia Powalska –1723
Beatrix 12. XII	Marianna Czapska –1730
post an. 1600:	Konstantia Wolska –1755
	Joanna Trembecka –1775

¹ O. Cist, erat intrusus. Iste, sicut et alii „monachi“ in hac serie, probabiliter erant omnes ex abbata de Oliva O. Cist, quae erat vicina, dum canoniae ordinis nostri fuissent longe distantes.

Joanna Pawlowska –1791
Ludovica Pawlowska –1812

Magdalena Pawlowska –1827
Juliana Lewinska –1837

ZWIERZYNIEC SS. Joannes Bapt. et Augustinus

Pronuntia more gallico: Zviergignetts.

Zvernitia, Avernitia, Svirincia, Zwirzinecium. Werinciacum, Werintia
Juxta, nunc intra urbem Cracoviensem, in eadem Dioecesi.

Parthenon adhuc florens, initio monasterium duplex. Fundatus est versus annum 1162 tamquam primum asceterium virginum in diocesi Cracoviensi, „diu desideratum“, a comite Jaxa Gryff de Miechow, genero Petri Wlast, fundatoris de Koscielna Wies. Filia de Brzesko-Hebdow, sub cuius paternitate semper stetit. Primae moniales venerunt e Doksany. Saeculo XIII vixit ibi Beata Bronislava, consobrina Sancti Hyacinthi, ex clara stirpe Odrowaz. Anno 1293 signant praepositus, 4 canonici et 1 conversus „fratrum nostrorum sororum voluntate unanimi“.¹ Propter situm suum juxta muros civitatis saepe in bellis combustum et deletum est, ita a Tataris annis 1241 et 1259, iterum annis 1494, 1528, 1587 et 1657. Saeculo XIII, monasterium regebatur a praepositis et priorissis, a saeculo sequenti a priorissis tantum, quibus anno 1501 abbatissae sunt substitutae, ad tempus immo triennales.

Cum esset omnino collapsum et numerus religiosarum ad decem fuisset diminutus, ab abbatissa Dorothea Kańska (1591/1643) relevatum est. Dorothea tempore sui regiminis aedes funditus novas extruxit, accepit 150 religiosas in ordinem, fundavit scholam et hospitale, sicut et asceterium filiale ad Stum. Norbertum intra muros Cracovienses, de quo vide supra. Sed anno 1596 iurisdictioni ordinis subtractum est monasterium, et illi episcoporum Cracoviensium subditum. Anno 1655 moniales a Suecis expulsae, per triennium absque tecto erraverunt. Asceterium Zwierzynecense numquam quidem est suppressum, sed saeculo XIX a Russis imperatoribus omnibus fere bonis est destitutum. Status personalis: 1853:36, 1920: 46, 1948: 42, 1978: 44 religiosae. Anno 1900 fundavit tertium ordinem regularem pro sororibus in Moravia (Svaty Kopeček), et anno 1928 simile institutum in Hungaria (Külsövat). An 1950 confiscantur bona extra muros sita. Ab anno 1956 asceterium se conformat novis statutis monialium Ordinis, quae abrogant abbatissas. Parochia loci jure patronatus dependet a monasterio, ecclesia eius si-

¹ CDMinPol III 144.

mul est parochialis. Ferventer coluntur ibi reliquiae Stae. Bronislavae, quae fuerat ibi magistra saec. XIII.

Archivalia: Antiquiora incendiis perierunt. Reliqua in loco Inter alia: Necrologium (ineditum) varia et in archivis Municip. et Consistorii Cracoviensis.

Bibliographia: BACKMUND Iter 174/78 – CDECC I 52, 88 – CD MinPol III 144, 265, 374 – CD MaiPol III cf. ind. – EK XVI 384/86 – FINKEL III 2027 – GOOVAERTS I 470, II 30, 117, III 12, 33, 53, 167, IV 327, 357, 358 – HUGO II 1183 – KACZMARZYK 159/62 – KNAPINSKI 174/81 – KRASZEWSKI II 327/34 – LIENHARDT Eph. Hag. 235 – MALECKI 310/400 – MATUSZEWSKI 312/14 – MPV I 117, 187, 294, II 506, V 735 – PETIT Spiritualite 115/19 – PIEKOSINSKI Nr. 100, 212, 213, 277 – POTTHAST 8545 – WAFFELGHEM 332 – ZAK Öst. Klb. 270 – IDEM OPoPr 206/17 – W. ANCYC, Klasztor Norbertanek w Krakowie (Tygodnik Ilustrowany, Warszawa 1866 XIII – M. ANDRUSZKIEWICZ, Blogoslowiona Bronislawa, Patronka Polski, Lwow 1926 – B. DUDIK, Archive in Galizien 17, 29, 85, 121 – A. DYGAT/A. RYBAK, Odrodzenie klasztoru Zwierzynieckiego za ksieni Doroty Kątskiej 1591/1643 (Erneuerung des Klosters Z. unter der Äbtissin Dorotea Kątska (N. Pr. XVII 1977, 171/210) – Dziedzinec w klasztorze Norbertanek na Zwierzyncu w Krakowie, in: „Klosy“, Warszawa t. XVI – K. KRAMARSKA/ANYSZEK, Dzieje klasztoru PP. Norbertanek w Krakowie na Zwierzyncu do roku 1840 (Historia asceterii usque ad an. 1840) N. Pr. XLVII, Krakow 1977, 5/169 – O. B. LUBIENSKI, Listy do Norbertanek w Krakowie na Zwierzyncu (Epistolae scriptae ad moniales) ibidem XVI 1962, 245/82 – F. PEDENDORFER, Künstlerinnen und Schriftstellerinnen im Nonnenkleide, Linz 1933 (v. APraem XII 83) – Pro Nostris XXIII 1958, 75/76 – B. RYTKO, Siostra Emilia Podoska, Norbertanka 1845/89, N. Pr. 1977, 211/236 – A. SCHLETZ, P. Bernard Lubienski S. SS. R., Listy do Norbertanek w Krakowie na Zwierzyncu (Epistolae scriptae ad moniales) ibidem XVI 1961, 243/82 – A. ZAK, Praepositi in monasterio Zwierzyniec in Polonia (Anal. Praem. VI 1930, 359/63) – IDEM, in ROPM VIII 1906, 206/08. –

Series praepositorum (nisi aliter notetur: ZAK)

Detuinus 1252	Stognaeus 1385
Theodorus 1263	Sethegius 1398
Arnoldus 1273/79	Stognaeus 1421
Henricus 1276	Nanker 1426/41
Romanus 1293–	Thomas 1442
Nicolaus 1322/27	Wenceslaus 1450/90
Thomas 1354 ²	Laurentius 1498–
Stanislaus 1357	Joannes 1501
Ulricus 1372/74 ³	Stanislaus 1504
Stanislaus 1375	Joannes de Chechli 1508
Thomas 1378	Andreas 1508/11
Albertus 1383	Martinus 1512

² MPV II 506

³ ibid. II 374

Mathias de Miechow 1518
Andreas
Nicolaus de Kamiona 1529/35
Chrysostomus Borowski 1534/37
Joannes Kosmider 1° 1537
Andreas de Wawrzynice 1° 1548
Joannes Kosmider 2° 1544
Andreas de Wawrzynice 2° 1547
Felix de Brzesko 1550
Petrus de Ujazd 1551/55
Andreas de Szydłowice 1° 1556
Sigmund Januszowicz 1565
Andreas de Szydłowice 2° 1568
Nicolaus de Wieliczka 1570
Albertus de Kroze 1574/81
Jacobus de Przynek 1585/98
Joannes Burzycki 1599/1617
Mathias Zagorski 1617/30
Nicolaus Scierski 1630/61
ab an. 1640 simul administrator ab-

batiae Nowy Sącz
Adalbertus Buskowski 1661/63
Hyacinthus Briskiewicz 1663/89
Sigismundus Bidlecki 1689/94
Hermannus Suchodelecki
1695/1704
Bogumil Bryszewski 1704/08
Nicolaus Lukowski 1708/28
Adalbertus Zdziarski 1728
Ludovicus Wielowiejski 1728/33
Constantinus de Rehag 1733/62
Wenceslaus Tworkowski 1762/95
Melchior Wyzykowski 1795/1819
Bernardus Lenartowicz 1819/34
Norbertus Wolski 1834/44
Joannes Podgorski CSSR 1844/47
Carolus Tupy, can. de Strahov
1847–81, ultimus praepositus ex ordine

Series magistrarum, priorissarum et abbatissarum (ex archivis loci)

1. Magistrae

Weruka 1164–
Anna
Agnes,
Beatrix
Scholastica

B. Bronisława 1241
Wiseneg 1252
Marka 1263
Sandisława 1276

2. Priorissae

Stredka 1327
Ludmilla 1356
Kupisława 1357
Klarissa 1366
Kraina 1372
Sandka 1375
Piechna 1378
Kraina 1378
Flora 1383

Victoria I. 1399
Victoria II. 1421
Witochna 1439
Piechna 1449
Hedwigis 1470
Barbara 1480
Anna 1484
Anna Słupowska 1490

3. Abbatissae

Anna Słupowska 1501/11	Helena Zbijowska 1694/95
Dorotea Balińska 1512/21	Sophia Urbańska 1695/1717
Anna Słuzewska 1° 1527/30	Marianna Rabszłyńska 1718/26
Anna Chełmska 1530/33	Sophia Kątska 1726/31
Anna Słuzewska 2° 1533/36	Birgitta Ottfinowska 1731/56
Katharina Bossowska 1536/49	Petronilla Poniatowska 1756/69
Anna Strzelanka 1550/56 ⁴	Victoria Grabkowska 1769/74
Katharina Zebrzydowska 1556/60	Magdalena Ottfinowska 1774/99
Katharina Sułkowska 1560/67	Magdalena Wągrowska 1799/1808
Katharina Słupska 1568/71	Euphemia Ottfinowska 1809/32
Hedwigis Niesiołowska 1571/74	Eva Słobiecka 1832/45
Sophia Łagonowska 1574/85	Victoria Piasecka 1845/53
Sophia Morska 1585/88	Agnes Krzesińska 1853/55
Sophia Woykowska 1588/91	Karolina Kuczevska 1856/73
Dorotea Kątska 1591/1643	Norberta Kossakowska 1873/85
Hedwigis Kątska 1643/44	Euphemia Zarska 1885/91
Elisabeth Dębińska 1644/51	Bronisława Jarecka 1892/95
Euphrosina Korycińska 1652/53	Norberta Zajączek 1896/1911
Dorotea Łukowska 1653/62	Karolina Słupnicka 1911/26
Anna Zapolska 1662/73	Friderika Szeligiewicz 1926/35
Justina Oraczowska 1673/94	Siarda Rzyńska 1935/56

4. Denuo priorissae

Immaculata Geisler 1956–

DUBIA

BYTOM St. Margareta

Germanice Beuthen. Dioec. Wratislaviensis, nunc Opole (Oppeln), Silesia Superior.

Ecclesia haec fuit de bonis fundatitiis Sti. Vincentii Wratislaviensis. Anno 1294 (?) Casimirus Dux de Bytom abbatiae Sti. Vincentii, quae iam ab anno 1201 patronatum habuit in ecclesiam Stae. Margaretae ibidem, et patronatum tradidit de ecclesia B.M.V. in eadem urbe. Huic ecclesiae voluit adjungere monasterium ordinis, ad quod dotandum dedit terras quasdam juxta

⁴ Etiam vocatur „Strzałkowska“.

montem Suczaly¹. De facto in posterum ecclesia B.M.V. erat parochialis abbatiae Sti. Vincentii incorporata, dum apud illam Stae. Margaretae esset mera praepositura absque jurisdictione parochiali, ab eadem abbazia dependens. Ecclesia B.M.V. dotata est ex bonis praepositurae Stae. Margaretae². Certe fundatores intenderunt hanc praeposituram erigere in canonicam sui juris, et forsitan initio de facto hoc fuit. Quod eo magis licet suspicari, quod illa praepositura semper est considerata tamquam persona iuridica. Anno 1381 occurrit „Stephanus praepositus domus ecclesie ad Stam. Margaretam“.³ In dignitate praepositus de „Bithum“ tunc immediate erat post abbatem Sti. Vincentii.⁴ Anno 1415 praepositus de Strzelno, de Czarnowasy et de Sta. Margareta in B. traditur ius paternitatis de abbazia Sti. Vincentii.⁵ Ex quo licet concludere, hanc domum fuisse sui juris, vel ad minus formatam, id est communitate praedita. De hoc monasterio, quod „jussu margravii Brandenburgensis protestantibus fuit traditum“, fuse narrat visitator Kazimierski in fine saeculi XVI.⁶ Fontes ordinis vero plane tacent de eo, historici locales omnino non consentiunt hac de re. Ideo manet res aliquomodo dubia. Apud Stam. Margaretam in Bytom nunc sunt Patres Societatis Verbi Divini.

Archivalia: Vide apud Breslau St. Vinzenz.

Fontes et bibliographia: MPV I 142, 215, 305, 354, 369, 385, 396 – J. KNOSALLA, Das Dekanat Beuthen in seinen schlesischen Theilen, Kattowitz 1935.

PRAETERMISSA

BRESLAU St. Martinus

Haec „abbatia“, quae anno 1155 apud ecclesiam Sti. Martini, quae non est eadem ac ecclesia cathedralis, unica vice, et quidem absque indicatione ordi-

¹ GÖRLICH (vide apud Breslau St. Vinzenz) I 57.

² Nicolaus Liebental scribit anno 1504: (SANTIFALLER, Nik. Liebental's Kopialbücher, p. 207) „Wladislaus archiepiscopus Strigoniensis . . . qui tutor fuit ducatus Bythomensis, fundavit . . . ecclesiam Beate Marie ex consensu abbatis monasterii Sti. Vincentii Wratislaviensis ordinis Praemonstratensis anno Domini 1231, quam dotavit ex praepositura sancte Margarete supradicti ordinis, extra civitatem in monte sita . . .“

³ CodMinPol III 420.

⁴ SANTIFALLER, Nicolaus Liebental 33, Urk. 1507 (Anal. Praem. 1950 ed. textus).

⁵ Cod. Diplom. Siles. I 97.

⁶ M. WOJTAS, Visitationsberichte der Dekanate Pleß und Beuthen, Kattowitz 1935, p. 10.

nis memoratur. Anno 1193 haec ecclesia Sti. Martini, et bona, quae anno 1155 ad abbatiam Sti. Martini pertinuerant, enumerantur inter possessiones Sti. Vincentii. Octavus episcopus Wratislaviensis, Walter (1149–61), natione Wallonus, reformationis zelo flagrans, capitulum suum cathedrale apud Stum. Martinum Praemonstratensibus tradidisse fertur. Quam vero hypothese[m] sat debilem esse moderni auctores affirmant. Aut est confusio cum parochia Sti. Martini in eadem urbe, quae revera abbatiae Sti. Vincentii ad tempus fuerat incorporata, aut quidam habuit „abbatiam Sti. Martini“ (scilicet Laudunensem) unde venerant primi Praemonstratenses in Koscielna Wies (vide DHGE X 604), pro ecclesia cathedrali, quae numquam cum ordine habuit aliquid commune. Historiographus Sti. Vincentii, Nicolaus Liebental, vir criticus et optimis fontibus fretus, in sua chronica Episcoporum Wratislaviensium (vide supra apud Breslau St. Vincenz) nihil scit de capitulo regulari, quod si umquam exstitisset certe alta voce exaltare non omisisset. Ergo quidquid dicant historici Silesiae, hanc domum ordini nostro attribuentes (praesertim MOEPERT p. 29) censemus eam, cum ENGELBERT I. c. esse omittendam.

Bibliographia: K. ENGELBERT, Zum 950jährigen Bestehen des Bistums Breslau, Bischof Walter und seine Zeit (ArchfSchlesKGesch IX 3) – M. J. MIDUNSKY, Die Urkunde Papst Hadrians IV für das Bistum Breslau vom Jahre 1155 (ZschVGSch LXX 1936) – A. MOEPERT, Zur ältesten Bistumsurkunde von 1155 (Arch. f. Schles. KGesch II 1937, 1/32) – W. SCHULTE in Zsch VGSchl XXIX 1895, 58/112 – IDEM, Die Martinsabtei und die älteste Burg in Breslau, in „Darstellungen und Quellen zur schles. Geschichte XXIII 1918 185. –

BRESCHA

HUGO I 413, II 589, WAEFELGHEM 44. Idem est ac Brzesko-Hebdow

CALIS

LAIKUELZ 400, HUGO I 431, WAEFELGHEM 49. Idem est ac Kalisz-Koscielna Wies, ubi fundata est abbatia Sti. Vincentii Wratislaviensis. Sed cum catalogus Ninivensis II expresse dicat: „claustrum sororum in Polonia: Calis“, et Koscielna Wies iam diu ante redactionem omnium indicum a canonicis esset derelicta, possumus suspicari, in K. W. adhuc per aliquot tempus mansisse gregem sororum, quae postea definitive se stabilierunt in vicino Ołobok, ubi mox desierunt.

IBELNIA

Lairuelz 400, HUGO I 863, WAEFELGHEM 119, Idem est ac abbatia Huveaune in Circ. Gasconiae.

SANCTA MARIA

LAI RUELZ 400. Idem habent catalogi S et V. Invenimus in catalogo Ninivensi supra allato: „iuxta civitatem plocensem claustrum sororum: sancta maria“. Addendum esset: Magdalena. Idem ergo est ac Plock.

SCLICASIA

Slicasia, Slicasva.

LAI RUELZ 416 habet: S. filia Swirinciae (= Zwierzyniec), secundum cat. Vincentinum (qui est pro hac circaria fons praestantissimus) sita erat in dioec. Cracoviensi. Ceteroquin nihil scitur. Forsitan erat „prima statio“ alicuius ex illis asceteriis, quae in catalogis antiquissimis desiderantur: Imbramowice aut Krzyzanowice.

